




DAD AUTÓN
CIÓN GENER

1



2007
Chateau Margaux
Margaux

2007
Chateau Margaux
Margaux



1080020536






Capilla Alfonso
Biblioteca Universitaria

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

MODERNA

LIBRERIA RELIGIOSA

JOSE L. VALLEJO S. & C.
SAN JOSÉ EL REAL Núm. 3,
APARTADO FESTAL Núm. 444,
MEXICO.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Jagena Catálogo

VADE MECUM
PII SACERDOTIS

SIVE
PRECES ANTE ET POST MISSAM

ALLEGORIE

SELECTAE SACRIS INDULGENTIAS DITATAE

NECNON EXTRACTUM RITUALIS ROMANI
COMPLETENS SACRAMENTORUM RITUS,
COMMENDATIONEM ANIMÆ,
AMPLISSIMAMQUE BENEDICTIONUM

COLLECTIO LIBRARIA

EDITION ALTERA AUCTA



RATISBONE, ROME, NEO EBORACI ET CINCINNATI,
SUMPTIBUS ET TYPIS FRIDERICI PUSTET,
S. SEDIS APOST. ET S. MIT. ORNOL. VINGOJ.

MCMIII

44293



Concordant cum Originalibus.

Ratisbonæ, die 22. Aug. 1903.

Dr. Fr. Xav. Leitner,

Vic. in Spirit. Gen.



FONDO EMETERIO
V. VERDE-Y TELLEZ

007491

INDEX.

Pars I.

pag.

Præparatio ad Missam.	1
Orationes pro opportunitate Sacerdotis ante celebrationem et Communionem dicendæ.	
Die Dominica	9
Feria II.	11
Feria III.	12
Feria IV.	13
Feria V.	14
Feria VI.	15
Sabbato	16
Oratio S. Tholmæ Aquinatis ad Patrem aeternum	18
Oratio S. Ambrosii ad Jesum Christum	19
Oratio ad B. V. Mariam	21
Oratio ad S. Joseph	21
Oratio ad omnes Angelos et Sanctos	22
Oratio tantummodo dicenda, quando Sacerdos in honorem Sancti vel Beati Missam celebrat	23

	pag.
Declaratio intentionis ante Missam	23
Orationes dicendæ cum Sacerdos induitur paramentis	26
Preces post Missam	28
Oratio S. Thomae de Aquino	31
Oratio S. Bonaventuræ	33
Anima Christi	34
Oratio ad Jesum	34
Orationes S. Alfonsi M. de Ligorio.	
Die Dominica	35
Feria II.	37
Feria III.	40
Feria IV.	43
Feria V.	45
Feria VI.	48
Sabbato	50
Oblatio sui	53
Oratio dicenda ante imaginem Ss. Crucifixi	53
Rhythmus S. Thomæ Aquinatis	54
Oratio ad B. V. Mariam	55
Oratio ad Sanctum Joseph	56
Oratio ad Santos	56
Invocationes et petitiones	57
Aliæ orationes post Missam, dicendæ ad libitum Sacerdotis	58
Oratio S. Joannis Chrysostomi	59
Oratio S. Thomæ Aquinatis	60
Oratio II. S. Thomæ	61
Pro tota Ecclesia	63
Oblatio Sacrificii peracti	64
Oratio ad B. Virginem	65

Pars II.**Selecta quædam pietatis exercitia indulgentiis ditata.****Preces matutinæ.**

	pag.
Trisagium angelicum	66
Oratio ad sacrosanctam Trinitatem	67
Directio intentionis	67
Oratio ad Jesum Christum	68
Formula oblationis quotidianæ ad S. Cor Jesu	69
Jaculatoria ad Dominum Jesum Christum	69
Tres orationes ad B. M. V.	70
Oratio S. Aloysii ad B. M. V.	71
Oratio ad B. M. V. dicenda mane et vespere	72
Salve Regina — Sub tuum præsidium	72
Angelus Domini, vel Regina cœli	73
Jaculatoria ad B. M. V.	74
Oratio ad S. Angelum Custodem	74
Oratio ad S. Josephum	74
Invocatio ad S. Josephum	75
Oratio pro agonizantibus	75
Oratio pro defunctis	75
Oratio mentalis	75
Oratio S. Thomas	76
Orationes ante et post sacramentalē confessionem	77—78
Orationes antequam sacramentalē confessionem excipiat	78—79
Benedictio Mensæ	80—97

Orationes ad Ss. Eucharistiam.	
Oratio ad Ss. Sacramentum	97
Pange Lingua	100
Pro gratiarum actione. Te Deum	102
Oratio ad Ss. Nomen Jesu	105
Litaniae Ss. Nominis Jesu	106
Salutatio Ss. Cordis Jesu	110
Litaniae de Sacro Corde Jesu	112
Litaniae Lauretanæ	116
Litaniae Sanctorum cum precibus	118
Oratio a Papa Urbano VIII. edita	128
Preces vespertinæ	130
Exercitium vespertinum	134

Pars III.**Ordo administrandi Sacra menta et Infirmorum Cura.**

Ordo Baptismi Parvulorum	140
Ordo supplendi omissa super Baptizatum	150
Formula absolutionis sacramentalis communis	153
Forma absolutionis ab Excommunicatione	155
De modo absolvendi a suspensione	155
Forma Dispensationis ab irregularitate	156
Cura Infirmorum.	
Ordo Viaticum Infirmis administrandi	157
Ordo ministrandi Sacramentum Extremæ Unctionis	162

Benedictio Infirmorum in genere	169
Alia Benedictio Infirmorum	173
Modus juvandi Morientes	176
Ordo Commendationis animæ	179
Formula Benedictionis Apostolice	191
In exspiratione	194
Exsequiarum ordo	195
De exequiis parvulorum	208
Ritus celebrandi Matrimonii	
Sacramentum	219
De Benedictione mulieris post partum	222

Pars IV.**Benedictiones selectæ.**

Regulæ generales	226
Ordo ad faciendam aquam benedictam	227
Benedictio imaginis vel numismatis	231
Benedictio novæ crucis	232
Benedictio candelarum extra diem Purificationis B. M. V.	233
Benedictio domorum in Sabbato Sancto	234
Benedictio agni paschalis	236
Benedictio ovorum	236
Benedictio panis	237
Benedictio ad quocumque comestibile	238
Benedictio novorum fructuum	238
Benedictio domus novæ	239
Benedictio primarii lapidis ædificii	240
Benedictio domorum extra Pascha Resurrectionis	240

	pag.
Benedictio loci	241
Benedictio thalami	242
Benedictio horrei seu segetum demes- sarum	243
Benedictio adulti ægrotantis	243
Benedictio puerorum ægrotantium	246
Benedictio pueri	250
Benedictio linteaminum pro infirmis	252
Benedictio cuiuscumque medicinae	252
Benedictio equorum et aliorum ani- malium	253
Benedictio animalium morbo labo- rantium	254
Benedictio deprecatoria	256
Benedictio bombycum	259
Benedictio seminum	260
Benedictio communis super fruges et vineas	260
Benedictio salis vel avenæ	261
Benedictio stabuli equorum, boum et aliorum armentorum	262
Benedictio ad omnia	263
Benedictio rosariorum B. M. V.	264
Ritus recipiendi fideles in confratres Societatis Ss. Rosarii	266
Formula benedicendi et imponendi scapulare B. M. V. de Monte Car- melo	268
Benedictio quatuor scapularium	270
Benedictio aquæ S. Ignatii	273

Pars I.

Præparatio ad Missam.

Quilibet Sacerdos acquirit 1º Indulgen-
tiam unius anni, si, ante Missæ celebratio-
nem, post recitationem *Psalmorum 83, 84,
85, 115 et 129* cum adnexa *Antiphona,
Versiculis et Oremus*, ut *infra*, recitet in
die assignato unam ex septem *Orationibus
S. Ambrosii*; 2º Indulgentiam unius anni,
si, post Missam celebratam, dicto *Canticu
trium Puerorum*, et *Psalmo 150*, cum ad-
nexa *Antiphona, Versiculis et Oremus*, re-
citet *Orationem S. Thomæ GRATIAS TIBI
AGO*, et *Orationem S. Bonaventuræ TRANS-
FIGIET*; 3º Indulgentiam plenariam semel in
mense, die ad arbitrium eligenda, si quo-
tidie per mensem, tum pro præparatione
ad Missam, tum pro gratiarum Actione,
præter omnes et singulos *Psalmos* pra-
dictos, *Canticum, Antiphonas, Versiculos,*
Oremus et *Orationes*, recitet etiam *Orati-
ones* infra positas, duplice asterisco signa-
tas, quin teneatur ad ullam aliam conditio-
nem (20. Dec. 1884).

Antiphona. Ne reminiscaris * Dó-
mine delicta nostra, vel paréntum
nostrorum: neque vindictam sumas
de peccatis nostris.

Quæ *Antiphona* in Festis duplicibus tan-
tum duplicatur. Tempore Paschali additur
in fine *Alleluia*.

	pag.
Benedictio loci	241
Benedictio thalami	242
Benedictio horrei seu segetum demes- sarum	243
Benedictio adulti ægrotantis	243
Benedictio puerorum ægrotantium	246
Benedictio pueri	250
Benedictio linteaminum pro infirmis	252
Benedictio cuiuscumque medicinae	252
Benedictio equorum et aliorum ani- malium	253
Benedictio animalium morbo labo- rantium	254
Benedictio deprecatoria	256
Benedictio bombycum	259
Benedictio seminum	260
Benedictio communis super fruges et vineas	260
Benedictio salis vel avenæ	261
Benedictio stabuli equorum, boum et aliorum armentorum	262
Benedictio ad omnia	263
Benedictio rosariorum B. M. V.	264
Ritus recipiendi fideles in confratres Societatis Ss. Rosarii	266
Formula benedicendi et imponendi scapulare B. M. V. de Monte Car- melo	268
Benedictio quatuor scapularium	270
Benedictio aquæ S. Ignatii	273

Pars I.

Præparatio ad Missam.

Quilibet Sacerdos acquirit 1º Indulgen-
tiam unius anni, si, ante Missæ celebratio-
nem, post recitationem *Psalmorum 83, 84,
85, 115 et 129* cum adnexa *Antiphona,
Versiculis et Oremus*, ut *infra*, recitet in
die assignato unam ex septem *Orationibus
S. Ambrosii*; 2º Indulgentiam unius anni,
si, post Missam celebratam, dicto *Canticu
trium Puerorum*, et *Psalmo 150*, cum ad-
nexa *Antiphona, Versiculis et Oremus*, re-
citet *Orationem S. Thomæ GRATIAS TIBI
AGO*, et *Orationem S. Bonaventuræ TRANS-
FIGIET*; 3º Indulgentiam plenariam semel in
mense, die ad arbitrium eligenda, si quo-
tidie per mensem, tum pro præparatione
ad Missam, tum pro gratiarum Actione,
præter omnes et singulos *Psalmos* pra-
dictos, *Canticum, Antiphonas, Versiculos,*
Oremus et *Orationes*, recitet etiam *Orati-
ones* infra positas, duplice asterisco signa-
tas, quia teneatur ad ullam aliam conditio-
nem (20. Dec. 1884).

Antiphona. Ne reminiscaris * Dó-
mine delicta nostra, vel paréntum
nostrorum: neque vindictam sumas
de peccatis nostris.

Quæ *Antiphona* in Festis duplicibus tan-
tum duplicatur. Tempore Paschali additur
in fine *Alleluia*.

Psalmus 83.

Quam dilecta tabernacula tua
Dómine virtutum: concupi-
scit, et deficit anima mea in
atria Dómini.

Cor meum, et caro mea exulta-
vérunt in Deum vivum.

Etenim passer invénit sibi domum:
et turtur nidum sibi, ubi ponat pul-
los suos.

Altaria tua, Dómine virtutum: Rex
meus, et Deus meus.

Beati, qui habitant in domo tua
Dómine: in sæcula sæculorum lau-
dabunt te.

Beatus vir, cuius est auxilium abs-
te: ascensiones in corde suo dis-
pôsuit, in valle lacrimarum in loco
quem pôsuit.

Etenim benedictionem dabit legis-
lator, ibunt de virtute in virtutem:
vidébitur Deus deorum in Sion.

Dómine Deus virtutum, exaudi ora-
tionem meam: auribus percipe Deus
Jacob.

Protector noster áspice Deus: et
respice in faciem Christi tui:

Quia melior est dies una in atris
tuis, super millia.

Elégi abjectus esse in domo Dei

mei: magis quam habitare in taber-
naculis peccatorum.

Quia misericordiam, et veritatem
diligit Deus: gratiam, et gloriam da-
bit Dóminus.

Non privabit bonis eos, qui ambu-
lant in innocentia: Dómine virtutum,
beatus homo, qui sperat in te.

Glória Patri, etc.

Psalmus 84.

Benedixisti Dómine terram tuam:
B avertisti captivitatem Jacob.

Remisisti iniquitatem plebis tuæ;
operuisti omnia peccata eorum.

Mitigasti omnem iram tuam; aver-
tisti ab ira indignationis tuæ.

Converte nos Deus salutaris noster;
et ayerte iram tuam a nobis.

Numquid in æternum irasciris no-
bis? aut extendes iram tuam a genera-
tione in generationem?

Deus tu conversus vivificabis nos:
et plebs tua laetabitur in te.

Ostende nobis, Dómine, misericor-
diam tuam: et salutare tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in me Dó-
minus Deus: quóniam loquétur pa-
cem in plebem suam.

Et super Sanctos suos: et in eos
qui convertuntur ad cor.

Verūtamen prope timéntes eum
salutare ipsius: ut inhábitet glória in
terra nostra.

Misericórdia et véritas obviavérunt
sibi; justitia et pax osculatæ sunt.

Véritas de terra orta est: et justitia
de cœlo prospéxit.

Etenim Dóminus dabit benignitatēm:
et terra nostra dabit fructum suum.

Justitia ante eum ambulabit: et
ponet in via gressus suos.

Glória Patri, etc.

Psalmus 85.

Inclina Dómine aurem tuam, et ex-
audi me: quóniam inops, et pau-
per sum ego.

Custodi ánimam meam, quóniam
sanctus sum: salvum fac servum tu-
um, Deus meus, sperántem in te.

Miserere mei Dómine, quóniam ad
te clamávi tota die: lætifica ánimam
servi tui, quóniam ad te Dómine áni-
mam meam levávi.

Quóniam tu Dómine suávis, et mi-
tis: et multæ misericórdiæ ómnibus
invocántibus te.

Aúribus pércepe Dómine orationem
meam: et inténde voci deprecationis
meæ.

In die tribulatiōnis meæ clamávi
ad te: quia exaudisti me.

Non est similis tui in diis Dómine:
et non est secundum ópera tua.

Omnes gentes, quascumque fecisti,
vénient, et adorábunt coram te Dó-
mine: et glorificábunt nomen tuum.

Quóniam magnus es tu, et fáciens
mirabilia: tu es Deus solus.

Deduc me Dómine in via tua, et
ingréiar in veritatem tua: lætetur cor
meum, ut timeat nomen tuum.

Confitébor tibi Dómine Deus meus
in toto corde meo, et glorificabo no-
men tuum in æternum:

Quia misericórdia tua magna est
super me: et eruisti ánimam meam
ex inferno inferióri.

Deus, iniqui insurrexerunt super
me, et synagóga poténtium quæsi-
erunt ánimam meam: et non propo-
suérunt te in conspectu suo.

Et tu Dómine Deus miserátor et
misericors, pátiens, et multæ miseri-
còrdiae, et verax,

Réspice in me, et miserere mei,
da impérium tuum púero tuo: et sal-
vum fac filium ancillæ tuæ.

Fac mecum signum in bonum, ut
videant qui odérunt me, et confun-

dántur: quóniam tu Dómine adjuvisti me, et consolátus es me.

Glória Patri, etc.

Psalmus 115.

Créddi, propter quod locútus sum:
Ego autem humiliátus sum nimis.
Ego dixi in excéssu meo: Omnis
homo mendax.

Quid retribuam Dómino, pro ómnibus,
quæ retribuit mihi?

Cálicem salutáris accipiam: et no-
men Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam coram
omni pôpulo ejus: pretiosa in con-
spéctu Dómini mors sanctórum ejus:

O Dómine quia ego servus tuus:
ego servus tuus, et filius ancillæ tue.

Dirupísti víncula mea: tibi sacrifi-
cabo hóstiam laudis, et nomen Dó-
mini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in con-
spéctu omnis pôpuli ejus: in átris
domus Dómini, in medio tui Jerú-
salem.

Glória Patri, etc.

Psalmus 129.

D e profundiis clamávi ad te Dómine:
Dómine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendéntes, in
vocem deprecationis meæ.

Si iniqüitátes observáveris Dómine:
Dómine, quis sustinébit?

Quia apud te propitiatió est: et
propter legem tuam sustinui te Dó-
mine.

Sustinuit ánima mea in verbo ejus:
sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutina usque ad no-
ctem: speret Israël in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia:
et copiosa apud eum redémpcio.

Et ipse rédimet Israël, ex ómnibus
iniqüitábus ejus.

Glória Patri, etc.

Deinde repetitur Antiph. Ne remi-
niscáris Dómine delicta nostra, vel
parentum nostrorum: neque vindicta-
sumas de peccatis nostris.

Kyrie eléison. Christe eléison.
Kyrie eléison.

Pater noster, etc.

¶. Et ne nos inducas in tentatió-
nem. ¶. Sed libera nos a malo.

¶. Ego dixi: Dómine miserére mei.
¶. Sana ániam meam, quia pec-
caví tibi.

¶. Convrétere Dómine aliquán-
tum. ¶. Et deprecáre super servos
tuos.

V. Fiat misericordia tua Dómine super nos. R. Quemádmodum sperávimus in te.

V. Sacerdotes tui induántur justitiam. R. Et sancti tui exsultent.

V. Ab occúltis meis munda me Domine. R. Et ab alienis parce seruo tuo.

V. Dómine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Aures tuæ pietatis, mitissime Deus, A inclína præcibus nostris, et grátia Sancti Spiritus illúmina cor nostrum: ut tuis mystériis digne ministrare, teque æterna caritaté diligere mereámur.

Deus, cui omne cor patet, et omnis volúntas lóquitur, et quem nullum latet secrétum: purifica per infusió-nem Sancti Spíritus cogitationes cor-dis nostri, ut te perfécte diligere, et digne laudare mereámur.

Ure igne Sancti Spiritus renes no-stros, et cor nostrum Dómine: ut tibi casto cōpore serviámus, et mundo corde placeámus.

Mentes nostras, quæsumus Dómine, Paráclitus, qui a te procédit, illúminet: et inducat in omnem, sicut tuus promisit Filius, veritatem.

Adsit nobis, quæsumus Dómine, virtus Spiritus Sancti: quæ et corda nostra cleménter expúrget, et ab omnibus tueátur adver-sis.

Deus, qui corda fidélium Sancti Spiritus illustratiōne docuisti: da nobis in eodem Spíritu recta sápere, et de ejus semper consolatione gaudere.

Consciéntias nostras, quæsumus Dómine, visitando purifica: ut véniens Dóminus noster Jesus Christus Filius tuus, parátam sibi in nobis invéniat mansiónem: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum. Amen.

ORATIONES
pro opportunitate Sacerdotis ante celebra-tionem et communionem dicendæ.

** Oratio S. Ambrosii Episcopi.

Die Dominica.

Summe Sacérdos et vere Póntifex, S Jesu Christe, qui te obtulisti Deo Patri hóstiam puram et immaculá-tam in ara Crucis pro nobis miseric

et peccatóribus, et qui dedísti nobis carnem tuam ad manducándum, et sanguinem tuum ad bibéndum, et posuisti misterium istud in virtute Spiritus Sancti tui, dicens: Hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriā faciéatis: rogo per eūdem sanguinem tuum, magnum salutis nostræ prætiū: rogo per hanc miram et ineffabilem caritatem, qua nos miseros et indignos sic amare dignatus es, ut lavares nos a peccatis nostris in sanguine tuo: doce me servum tuum indignum, quem inter cétera dona tua etiam ad officium sacerdotale vocare dignatus es, nullis meis méritis, sed sola dignatione misericordiae tuæ: doce me, queso, per Spíritum Sanctum tuum, tantum tractare misterium ea reverentia et honore, ea devotione et timore, quibus opórtet, et decet. Fac me per gratiā tuam semper illud de tanto mysterio credere et intelligere, sentire et firmiter tenere, dicere et cogitare, quod tibi placet, et expedit animæ meæ. Intrat Spiritus tuus bonus in cor meum, qui sonet ibi sine sono, et sine strepitu verborum loquatur omnem veritatem. Profunda quippe sunt nimis,

et sacro tecta velamine. Propter magnam clemētiam tuam concéde mihi Missarum solemnia mundo corde, et pura mente celebrare. Libera cor meum ab immundis et nefandis, vanis et nōxiis cogitationibus. Muni me beatórum Angelorum pia et fida custódia, ac tutela fortissima, ut hostes omnium bonorum confusi discéendant. Per virtutem tanti misterii, et per manum sancti Angeli tui repelle a me, et a cunctis servis tuis, durissimum spíritum supérbiae et cænodóxiæ, invídiae et blasphemiae, fornicatiōnis et immunditiæ, dubietatis et diffidētiæ. Confundantur, qui nos persecúntur, pereant illi, qui nos perdere festinant.

Feria Secunda.

Rex virginum, et amator castitatis, et integritatis, cœlesti rore benedictionis tuæ extingue in corpore meo fômitem ardēntis libidinis, ut maneat in me tenor castitatis corporis et animæ. Mortifica in membris meis carnis stímulos, omnésque libidinósas commotiōnes, et da mihi veram et perpétuam castitatem cum céteris donis tuis, quæ tibi placent in veritatē: ut sacrificium laudis ca-

sto corpore, et mundo corde valeam tibi offerre. Quanta enim cordis contritione, et lacrimarum fonte, quanta reverentia et tremore, quanta corporis castitate, et animae puritate istud divinum et celeste sacrificium est celebrandum, ubi caro tua in veritate sumitur, ubi sanguis tuus in veritate bibitur, ubi ima summis, terrena divinis junguntur, ubi adest sanctorum Angelorum praesentia, ubi tu es sacrificium et sacerdos mirabiliter, et ineffabiliter constitutus.

Feria Tertia.

Quis digne hoc Sacrificium celebrare poterit, nisi tu, Deus omnipotens, offerentem feceris dignum? Scio Domine, et vere scio, et id ipsum pietati tuae confiteor, quia non sum dignus accedere ad tantum mysterium propter nimia peccata mea, et infinitas negligencias meas. Sed scio, et veraciter ex toto corde meo credo, et ore confiteor, quia tu potes me facere dignum, qui solus potes facere mundum de immundo conceptum semine, et de peccatoribus justos et sanctos. Per hanc omnipotentiam tuam te rogo Deus meus, ut concedas mihi

peccatori hoc sacrificium celebrare cum timore et tremore, cum cordis puritate et lacrimarum fonte, cum laetitia spirituali et celesti gaudio. Sentiatur mens mea dulcedinem beatissimae praesentiae tuae, et excubias sanctorum Angelorum tuorum in circuitu meo.

Feria Quarta.

Ego enim Domine memor venerandae passionis tuae accedo ad altare tuum, licet peccator, ut offeram tibi sacrificium, quod tu instituisti et offerri praecepisti in commemorationem tui, pro salute nostra. Suscipe illud, queso, summe Deus, pro Ecclesia sancta tua, et pro populo, quem acquisivisti sanguine tuo. Et quoniam me peccatorem inter te, et eundem populum tuum medium esse voluisti, licet in me aliquid boni operis testimonium non agnoscas, officium saltem dispensationis creditae non recuses, nec per me indignum eorum salutis pereat pretium, pro quibus victimam salutaris dignatus es esse, et redemptio. Profero etiam Domine (si digneris propitius intueri) tribulationes plebium, pericula populorum, captivorum gemitus, miseras

orphanórum, necessitátes peregrinórum, inópiam debilium, desperatiónes languéntium, deféctus senum, suspíria júvenum, vota vírginum, láménta viduárum.

Feria Quinta.

Tu enim miserérис ómnium Dómine: et nihil odisti eórum, quæ fecisti. Memoráre, quæ sit nostra substántia: quia tu Pater noster es, quia tu Deus noster es: ne irascáris satis, neque multitúdinem viscerum tuórum super nos contíneas. Non enim in justificatióibus nostris prostérnimus preces ante fáciem tuam, sed in miserationíbus tuis multis. Aufer a nobis iniquitates nostras, et ignem Sancti Spíritus in nobis cleménter accénde. Aufer cor lapideum de carne nostra: et da nobis cor cárneum, quod te amet, te diligat, te delectétur, te sequátur, te perfruátur. Orámus Dómine cleméntiam tuam, ut seréno vultu familiam tuam, sacri tui nómínis officia præstolántem, aspicere dignéris: et ut nullius sit irritum votum, nullius vácuá postulátio, tu nobis preces súggere, quas ipse propitius audire, et exaudire delectéris.

Feria Sexta.

Rogámus étiam te Dómine sancte Pater, et pro spiritibus fidélium defunctórum, ut sit illis salus, sánitas, gaúdium, et refrigérium, hoc magnum pietatis sacraméntum. Dómine Deus meus, sit illis hódie magnum, et plenum convívium de te pane vi-vó, qui de cœlo descendisti, et das vitam mundo de tua Carne sancta et benedicta: Agni videlicet immaculáti, qui tollis peccáta mundi, quæ de sancto et glorióso beátæ Virginis Mariæ útero est assúmpta, et de Spíritu Sancto concépta: ac de illo pietatis fonte, qui per lánceam militis ex tuo sacratissimo látere emanávit: ut exinde refécti et satiáti, refrigeráti et consoláti exsultent in laude et glória tua. Peto cleméntiam tuam Dómine, ut descéndat super panem tibi sacrificandum plenitudo tuæ benedictiōnis, et sanctificatio tuæ divinitatis. Descéndat étiam Dómine illa Sancti Spíritus tui invisibilis incomprehensibilisque majestás, sicut quandam in patrum hóstias descendébat, qui et oblationes nostras Corpus et Sanguinem tuum efficiat, et me indígnum sacerdótem dóceat tantum tractáre

mystérium cum cordis puritáte, et lacrimárum devotione; cum reveréntia et tremóre, ita ut plácide ac benigne suscípias sacrificium de mánibus meis ad salútem ómnium tam vivórum, quam defunctórum.

Sabbato.

Rogo étiam te Dómine per ipsum sacrosánctum mystérium Córporis et Sánguinis tui, quo quotidie in Ecclésia tua pásco, et potámur, ablúimur, et sanctificámur, atque unius summæ divinitatis participes efficimur; da mihi virtutes tuas sanctas, quibus replétus, bona consciéntia ad altare tuum accédam, ita ut hæc cœlestia sacramenta efficiantur mihi salus, et vita. Tu enim dixisti ore tuo sancto et benedicto: Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita: Ego sum panis vivus, qui de cœlo descéndi: Si quis manducáverit ex hoc pane, vivet in æternum. Panis dulcissime, sana palatum cordis mei, ut séntiam suavitatem amoris tui. Sana illud ab omni languore, ut nullam præter te séntiam dulcedinem. Panis candidissime, habens omne delectaméntum, et

omnem sapórem, qui nos semper réficiat, et numquam in te déficit: cómedat te cor meum, et dulcédine sapóris tui repleántur viscera ánime meae. Manducat te Angelus ore pleno: mandúcat te peregrinus homo pro módulo suo, ne deficitur possit in via, tali recreátus viático. Panis sancte, panis vive, panis mundo, qui descendisti de cœlo, et das vitam mundo, veni in cor meum, et munda me ab omni inquinaménto carnis et spíritus. Intra in ánima meam, sana et munda me intérius, et extérius. Esto tutámen, et continua salus ánime et cörporis mei. Repélle a me insidiántes mihi hostes: recédat procul a præsentia poténtia tuæ, ut foris, et intus per te munitus recto trámite ad tuum regnum perveniám: ubi non in mystériis, sicut in hoc tempore ágitur, sed fácie ad fáciem te vidébimus, cum tradideris regnum Deo, et Patri, et eris Deus ómnia in ómnibus. Tunc enim me de te satiábis satietate mirifica, ita ut nec esúriam, nec sitiam in æternum. Qui cum eódem Deo Patre, et Spíritu Sancto vivis, et regnas per ómnia sǽcula sǽculórum. Amen.

**** Oratio S. Thomæ Aquinatis ad Patrem aeternum.**

Indulg. 100 dierum (20. Dec. 1884).

Omnipotens sempitérne Deus, ecce accédo ad sacraméntum unigéniti Filii tui Domini nostri Jesu Christi; accédo tamquam infirmus ad médicu[m] vita, immundus ad fontem misericordiæ, cæcus ad lumen claritatis ætérnæ, pauper et egénus ad Dóminum cœli et terræ. Rogo ergo imménsæ largitatis tuae abundántiam, quâtenus meam curâre dignér[is] infirmitatē, lavâre fœditatē, illuminâre cæcitatē, ditâre paupertatē, vestire nuditatē: ut panem Angelorum, Regem regum, et Dóminum dominántium tanta suscipiam reveréntia et humilitatē, tanta contritione et devotione, tanta puritatē et fide, tali propórito et intentione, sicut expedit salutis animæ meæ. Da mihi, quæso, Domini corporis et sanguinis non solum suscipere sacraméntum, sed etiam rem et virtutem sacramenti. O mitissime Deus, da mihi corpus unigéniti Filii tui Dómini nostri Jesu Christi, quod traxit de Virgine Maria, sic suscipere, ut corpori suo mýstico mérear incorporari, et

inter ejus membra connumerari. O amantissime Pater, concéde mihi dilectum Filium tuum, quem nunc velatum in via susciperem propóno, revelata tandem facie perpétuo contemplari: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

**** Oratio S. Ambrosii Episcopi ad Jesum Christum.**

Indulg. 100 dierum (20. Dec. 1884).

Ad mensam dulcissimi convivii tui, pie Dómine Jesu Christe, ego peccator de propriis meis méritis nihil præsumens, sed in tua confidens misericordia et bonitate, accédere véror et contremisco. Nam cor et corpus hábeo multis criminibus maculatum, mentem et linguam non caute custoditam. Ergo, o pia Déitas, o tremenda Majestas, ego miser inter angustias deprehensus, ad te fontem misericordiæ recurro, ad te festino sanndus, sub tuam protectionem fugio: et quem Júdicem sustinere néqueo, Salvatorem habere suspiro. Tibi Dómine plagas meas ostendo: tibi verecundiā meam détego. Scio peccata mea multa et magna, pro

quibus tímdeo. Spero in misericórdias tuas, quarum non est númerus. Réspice ergo in me óculis misericórdiae tuæ, Dómine Jesu Christe, Rex ætérne, Deus et homo, crucifixus propter hominem. Exaudi me sperántem in te: miserere mei pleni misériis et peccatis, tu qui fontem miseratiōnis numquam manare cessábis. Salve salutāris vícima pro me et omni humāno génere in patibulo Crucis oblata. Salve nóbilis et pretiōse Sanguis de vulnēribus crucifixi Dómini mei Jesu Christi profluens, et peccata totius mundi ábluens. Recordáre Dómine creaturæ tuæ, quam tuo Sanguine redemisti. Pénitentia pecásse, cùpio emendare quod feci. Aufer ergo a me, clementissime Pater, omnes iniquitātes et peccata mea: ut purificatus mente et corpore digne degustare méreas sancta sanctórum: et concéde, ut hæc sancta prælibatio Corporis et Sanguinis tui, quam ego indignus sumere intendo, sit peccatórum meorum remissio, sit delictórum perfecta purgatiō, sit turpium cogitationum effugatiō, ac bonorum sénsum regeneratiō, operūque tibi placentium salubris efficacia, animæ

quoque et corporis contra inimicorum meorum insidias firmissima tutio. Amen.

Oratio ad B. Virginem Mariam.

Indulgencia 100 dierum (17. Febr. 1883).

O Mater pietatis et misericordiae, beatissima Virgo Maria, ego miser et indignus peccator ad te confugio toto corde et affectu, et precor pietatem tuam: ut sicut dulcissimo Filio tuo in cruce pendenti astitisti, ita et mihi misero peccatori, et sacerdotibus omnibus hic et in tota sancta Ecclesia hodie offerentibus, clementer assistere dignaris, ut tua gratia adjuti, dignam et acceptabilem hostiam in conspectu summae et individuae Trinitatis offerre valeamus. Amen.

Oratio ad S. Joseph, Sponsum B. M. V.

Indulg. 100 dierum (4. Febr. 1877).

O felicem virum beatum Joseph, cui datum est, Deum, quem multi reges voluerunt videre, et non videbunt, audire, et non audiérunt, non solum videre et audire, sed portare, deosculari, vestire et custodire.

V. Ora pro nobis beáte Joseph.
R. Ut digni efficiámur promissióni-
 bus Christi.

Orémus.

Deus, qui dedisti nobis regále sa-
 cerdótium, præsta quæsumus, ut
 sicut beátus Joseph unigénitum Fi-
 lium tuum natum ex María Virgine,
 suis mánibus reverénter tractáre mé-
 ruit et portáre, ita nos fácias cum
 cordis munditia et óperis innocéntia
 tuis sanctis altáribus deservire, ut
 sacrosántum Filii tui Corpus et Sán-
 guinem hódie digne sumámus, et in
 futúro sǽculo præmium habére me-
 reámur ætérnum. Per eúmdem Chri-
 stum Dóminum nostrum. Amen.

**** Oratio ad omnes Angelos et Sanctos.**

Indulg. 100 dierum (20. Dec. 1884).

Angeli, Archángeli, Throni, Domina-
 tiones, Principátus, Potestátes,
 Virtutes celórum, Chérubim atque
 Séraphim, omnes Sancti et Sanctæ
 Dei, præsértim Patróni mei, intercé-
 dere dignémini pro me, ut hoc Sacri-
 ficium Deo omnipoténti digne váleam
 offérre, ad laudem et gloriām nómi-
 nis sui et ad utilitátem meam, totiús-
 que Ecclésiæ suæ sanctæ. Amen.

**** Oratio tantummodo dicenda, quando**
Sacerdos in honorem Sancti vel Beati
Missam celebrat.

Indulg. 100 dierum (20. Dec. 1884).

O sancte N., ecce ego miser peccá-
 tor, de tuis méritis confisus, of-
 fero nunc sacratissimum Sacramé-
 tum Cörporis et Sanguinis Dómini
 nostri Jesu Christi pro tuo honóre et
 glória. Precor te humiliter et devóte,
 ut pro me hódie intercédere digné-
 ris, ut tantum Sacrificium digne et
 acceptabiliter offérre váleam, ut eum
 tecum, et cum ómnibus éléctis ejus
 aeternáliter laudáre, atque cum eo
 regnare váleam: Qui vivit et regnat.

Et si sunt plures, dicatur in numero
plurali.

Declaratio intentionis ante Missam.

Indulg. 50 dierum (Gregor. XIII).

Ego volo celebráre Missam, et con-
 fidere Corpus et Sanguinem Dó-
 mini nostri Jesu Christi, juxta ritum
 sanctæ Románæ Ecclésiæ, ad laudem
 omnipoténtis Dei, totiúsque cūriæ
 triumphántis, ad utilitátem meam,
 totiúsque cūriæ militántis, pro ómni-
 bus, qui se commendavérunt oratió-
 nibus meis in génere et in spécie, et

pro felici statu sanctæ Românæ Ecclésiæ. Amen.

Gádium cum pace, emendationem vitæ, spátium veræ pœnitentiæ, grátiam et consolationem Sancti Spirítus, perseverántiam in bonis opéribus, tribuat nobis omnipotens et misericors Dóminus. Amen.

VERITATIS

Quia Sacerdos cum tacita mentis cogitatione, aut submissa vocis expressione debet recitare singillatim nomina, pro quibus in illa celebratione vult singulariter orare (ut insinuatur per illas litteras N. N. in Canone contentas), et ne hujusmodi determinatarum personarum nominatio ob multitudinem aut incertum ordinem ingerat Sacerdoti celebranti confusionem, non intile erit sequentem ordinem servare.

Meménto Dómine, si tibi placet,
Vivorum.

M ei, paréntum, cognatórum, frátrum, sorórū et amicórum méórum ómnium.

2. Cœtus Cardinálium ac ómnium Superiòrum Ordinis atque Sacerdórum, et sanctæ Ecclésiæ Ministrórum:

3. Omníum meæ curæ subjectórum tamquam spirituálium filiórū, et ómnium fundatórum, patronórum, et

benefactórum spirituálium et temporálium.

4. Omníum principum christianórum, dominatiónum et rerum publicárum temporálium.

5. Omníum peccántium, inimicorumque méórum, atque conversiónis ómnium hæreticórum et infidélium.

6. Et ómnium, pro quibus scis et vis me débère oráre.

Mortuorum.

Animárum paréntum, frátrum, sorórū, cognatórum, atque amicórum ómnium.

2. Animárum ómnium benefactórum tam spirituálium quam corporálium.

3. Animárum ómnium mihi in género et in spécie commissárum.

4. Animárum Prælatorum, Sacerdórum, et ómnium Ministrórum sanctæ Românæ Ecclésiæ Dei, et Apostolicæ.

5. Animárum morte improvisa corpóribus exutárum, atque eárum, quarum non est speciális memória.

6. Animárum, quæ mei occasióne in purgatório purgántur, eárum quo-

que misérime in purgatório exsisténtium.

7. Et eárum ómnium, pro quibus scis, et vis me debere oráre.

ORATIONES

dicendae cum Sacerdos induit sacerdotalibus paramentis.

Cum lavat manus.

Da Dómine virtutem mánibus meis ad abstergéndam omnem máculam: ut sine pollutiōne mentis et corporis váleam tibi servíre.

Ad Amictum, dum ponitur super caput.

Impónē Dómine cápti meo gáleam salútis, ad expugnándos diabolicos incúrsus.

Ad Albam, cum ea induitur.

Deálba me Dómine et munda cor meum, ut in sanguine Agni dealbátus, gáudis pérfruar sempitérnis.

Ad Cingulum, dum se cingit.

Præceinge me Dómine cíngulo puritatis, et extingue in lumbis meis humórem libidinis: ut máneat in me virtus continéntiae, et castitatis.

Ad Manipulum, dum imponitur brachio sinistro.

Mérear Dómine portare manipulum fletus et dolóris: ut cum exsultatiōne recipiam mercédem labóris.

Ad Stolam, dum imponitur collo.

Redde mihi Dómine stolam immortali, quam pérdidi in prævaricatiōne primi parentis: et quamvis indignus accédo ad tuum sacrum mystérium: mérear tamen gáudium sempitérnum.

Ad Casulam, cum assumitur.

Dómine, qui dixisti: Jugum meum suáve est, et onus meum leve: fac, ut istud portare sic váleam, quod conseguar tuam grátiam. Amen.



Preces post Missam.

Ant. Trium puerorum * cantemus hymnum, quem cantabant sancti in camino ignis, benedicentes Dóminum.

Quæ Ant. in Festis duplicibus tantum duplicatur: et temp. Pasch. additur in fine Alleluia.

Canticum trium Puerorum.

Dan. 3.

Benedicite ómnia ópera Dómini Dómino: laudáte et superexaltáte eum in sǽcula.

Benedicite Angeli Dómini Dómino: benedicite cœli Dómino.

Benedicite aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, Dómino: benedicite omnes virtutes Dómini Dómino.

Benedicite sol et luna Dómino: benedicite stellæ cœli Dómino.

Benedicite omnis imber et ros Dómino: benedicite omnes spiritus Dei Dómino.

Benedicite ignis et æstus Dómino: benedicite frigus et æstus Dómino.

Benedicite rores et pruina Dómino: benedicite gelu et frigus Dómino.

Benedicite glácies et nives Dómino: benedicite noctes et dies Dómino.

Benedicite lux et tenebræ Dómino: benedicite fulgura et nubes Dómino.

Benedicat terra Dóminum: laudet, et superexaltet eum in sǽcula.

Benedicite montes et colles Dómino: benedicite univérsa germinántia in terra Dómino.

Benedicite fontes Dómino: benedicite mária et flúmina Dómino.

Benedicite cete, et ómnia, quæ móventur in aquis, Dómino: benedicite omnes vólucres cœli Dómino.

Benedicite omnes bestiæ et pécora Dño: benedicite filii hóminum Dño.

Benedicat Israël Dóminum: laudet et superexaltet eum in sǽcula.

Benedicite sacerdótes Dómini Dómino: benedicite servi Dómini Dómino.

Benedicite spiritus et ánime justorum Dómino: benedicite sancti et húmiles corde Dómino.

Benedicite Ananía, Azaria, Misaël Dómino: laudáte et superexaltáte eum in sǽcula.

Benedicámus Patrem et Filium cum Sancto Spíritu: laudémus et superexaltémus eum in sǽcula.

Benedictus es Dómine in firmamento cœli: et laudabilis, et gloriōsus, et superelexaltatus in sacerdotalia.

Psalmus 150.

Laudáte Dóminum in sanctis ejus:
Laudáte eum in firmamento virtutis ejus.

Laudáte eum in virtutibus ejus:
laudáte eum secundum multitūdinem magnitudinis ejus.

Laudáte eum in sono tubæ: laudáte eum in psalterio et cithara.

Laudáte eum in tympano, et choro:
laudáte eum in chordis et órgano.

Laudáte eum in cymbalis benesonantibus: laudáte eum in cymbalis jubilationis: omnis spíritus laudet Dóminum.

Glória Patri.

Ant. Trium puerorum cantémus hymnum, quem cantabant sancti in camino ignis, benedicentes Dóminum.

Kyrie eléison. Christe eléison.
Kyrie eléison.

Pater noster.

V. Et ne nos inducas in tentationem. R. Sed libera nos a malo.

V. Confiteántur tibi Dómine ómnia ópera tua. R. Et sancti tui benedícant tibi.

V. Exsultabunt sancti in gloria.
R. Lætabuntur in cubilibus suis.

V. Non nobis Dómine, non nobis.
R. Sed nōmini tuo da gloriam.

V. Dómine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobiscum. R. Et cum spíitu tuo.

Orémus.

Déus, qui tribus pueris mitigasti flamas ignium: concéde propitiatus: ut nos fábulos tuos non exuráti flamma vitiórum.

Actioñes nostras, quæsumus Dómine, aspirando præveni, et adjuvando proséquere: ut cuncta nostra oratio et operatio a te semper incipiat, et per te cœpta finiatur.

Da nobis, quæsumus Dómine, vitiórum nostrorum flamas extinquare: qui beato Lauréntio tribuisti tormentorum suorum incéndia superare. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

** Oratio S. Thomæ Aquinatis ad Patrem aeternum.

Gratias tibi ago Dómine sancte,
G Pater omnipotens, aetérne Deus,

qui me peccatórem indígnum fámulum tuum, nullis meis méritis, sed sola dignatióne misericórdiae tuæ satiáre dignátus es pretióso Córpo et Sanguine Filii tui Dómini nostri Iesu Christi; et precor, ut hec sancta comúnio non sit mihi reáts ad pœnam, sed intercessio salutáris ad véniam. Sit mihi armatúra fidei, et scutum bonæ voluntatis. Sit vitiórum meórum evacuatio, concupiscéntiæ et libidinis exterminatio, caritatis et paientiæ, humilitatis et obediéntiæ, omniúmque virtútum augmentatio: contra insídias inimicórum ómnium, tam visibilium, quam invisibilium, firma defensio: mótu meórum, tam carnálium, quam spirituálium, perfecta quietatio: in te uno ac vero Deo firma adhæsio: atque finis mei felix consummatio. Et precor te, ut ad illud ineffábile convívium me peccatórem perdúcere dignérís, ubi tu cum Filio tuo, et Spíritu Sancto, Sanctis tuis es lux vera, satisetas plena, gaúdium sempítérnum, jucunditas consummáta, et felicitas perfecta. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

**** Oratio S. Bonaventuræ ad Jesum Christum.**

Transfige, dulcissime Dómine Jesu, medúllas et viscera ánime meæ suavíssimo ac saluberrimo amoris tui vñlnero, vera serenáque, et apostólica sanctissima caritaté, ut längeat et liquefiat ánima mea solo semper amore et desidério tui, te conceupiscat, et deficiat in átria tua, cùpiat dissolvi, et esse tecum. Da, ut ánima mea te esúriat, panem Angelórum, refectionem animárum sanctárum, panem nostrum quotidiánum, supersubstantiæ, habéntem omnem dulcedinem, et saporem, et omne delectamentum suavitatis: te, in quem desiderant Angeli prospicere, semper esúriat et comedat cor meum, et dulcedine saporis tui repleántur viscera ánime meæ: te semper sitiat fontem vitæ, fontem sapiéntiæ et sciéntiæ, fontem æterni lúminis, torréntem voluptatis, ubertatem domus Dei: te semper ámbiat, te querat, te invéniat, ad te tendat, ad te pervéniat, te meditetur, te loquáatur, et ómnia operétur in laudem et gloriā nōminis tui, cum humilitate et discretiōne, cum dilectione et delectatione, cum

facilitate et afféctu, cum perseverán-
tia usque in finem: et tu sis solus
semper spes mea, tota fidúcia mea,
divitiae meæ, delectatio mea, jucún-
ditas mea, gaúdium meum, quies et
tranquillitas mea, pax mea, suávitatis
mea, odor meus, dulcedo mea, cibus
meus, reféctio mea, refúgium meum,
auxilium meum, sapiéntia mea, pór-
tio mea, posséssio mea, thesáurus
meus, in quo fixa, et firma, et im-
mobiliter semper sit radicata mens
mea, et cor meum. Amen.

Anima Christi.

Anima Christi, sanctifica me. Corpus
Christi, salva me. Sanguis Christi,
inébria me. Aqua láteris Christi,
lava me. Pássio Christi, confórtata
me. O bone Jesu, exaudi me. Intra
tua vúlnera abscónde me. Ne per-
mittas me separari a te. Ab hoste
malígnῳ defénde me. In hora mortis
meæ voca me. Et jube me venire
ad te, ut cum sanctis tuis laudem te
in sǽcula sǽculorum. Amen.

Oratio ad Jesum.

Obscro te dulcissime Dómine Jesu
Christe, ut pássio tua sit mihi

virtus, qua muniar, prótector atque
deféndar; vúlnera tua sint mihi cibus
potúsque quibus pascar, inébrier at-
que délecter; aspérsio Sanguinis tui
sit mihi ablúcio ómnium delictórum
meórum; mors tua sit mihi glória
sempiterna. In his sit mihi reféctio,
exsultatio, sánitas et dulcedo cordis
mei. Qui vivis et regnas in sǽcula
sǽculorum. Amen.

** Orationes

S. Alfonsi Mariæ de Ligorio Episcopi
singulis hebdomadæ diebus distributæ.

Die Dominica.

Amantissime Jesu, Redémptor, et
Deus, adóro te præséntem in pé-
ctore meo sub speciébus panis et
vini, quibus factus es cibus et potus
ánimæ meæ. Sit infinite benedictus
adventus tuus ad ániam meam, Deus
meus, et pro tanto beneficio
tibi ex íntimo corde grátias ago, et
dóleo eo quod digne tibi grates re-
péndere non valéo. Et quasnam di-
gnas gratiarum actiones habere pos-
set húmilius villicus, si rústica in domo
sua ab ipso suo rege se visitátum
vidéret, nisi ad illius pedes procúm-
bere, et tacito admirari et laudare

tantam dignationem? Prócido ergo coram te, o Rex divinæ, o Jesu dulcissime, teque adoro ex abysso vilitatis meæ. Conjungo adoratiōnem meam adoratiōni, quam tibi præstítit beatissima Virgo María, quando in úterum suum sacrosanctum te recépit, et quo ipsa te amávit amore, eodem te prósequi vellem. O Redemptor amabilis, tu hodie verbis meis obediens, de cœlo in manus meas descendisti: et ego? eheu! quóties præceptis tuis inobediens, te, ingrato ánimo, sprevi, et gratiā et amore tuum rejeci! O bone Jesu, meorum véniām delictorum jam te mihi tribuisse confido; quod si culpa mea nondum mihi pepercisti, modo, quæso, ignóscē mihi, o Bónitas infinita, nam te offendisse toto corde me pénitet. Utinam, o Jesu, te semper amavissem! A die saltem quo primam missam celebrávi, únicē pro te amore flagrare debuisse. Tu ex millibus me in sacerdotem et amicum tuum elegisti, quid ultra facere debuisti, ut a me diligérēs? Sed gratiás ago tibi quia tempus mihi præstas agéndi, quod facere omisi. Ex toto corde meo te amare volo.

Nullum affectum in corde meo admittere volo nisi pro te, qui me tantis beneficiis ad te redamandum obstrinxisti. Deus meus et ómnia. O Deus meus, quid mihi divitiæ! quid honores! quid mundi voluptates! tu ómnia mihi es. Tu solus eris deinceps únicum bonum, únicus amor meus. Dicam tibi cum sancto Paulino: Sibi hábeant divitias suas divites, regna sua reges; mihi Christus glória et regnum est. Fruántur reges, ac divites terræ, regnis suis, suisque divitiis, tu, o bone Jesu, divitiæ meæ et regnum meum mihi solus eris. O Pater aeternæ, per amorem hujus Filii tui, quem hodie tibi obtuli, et in eor meum recipi, da quæso, mihi sanctam perseverantiam in grátia tua, et donum tui sancti amoris. Tibi etiam commendo propinquos meos, amicos et inimicos; ánimas item purgatórii, omnésque peccatores. — O Mater mea, María sanctissima, impetra mihi sanctam perseverantiam et Jesu Christi amorem.

Feria Secunda.

O Bónitas infinita! O caritas infinita! Deus mihi se totum dedit,

factus est totus meus! Anima mea, collige omnes afféctus tuos, teque intime conjúnge Dómino tuo, qui dédita ópera ad te venit, ut conjungátur tibi et redamétur a te.

O Redémptor amábilis, ampléctor te, amor et vita mea, me tibi conjúngo, noli me despícere. Hei mihi! tempus erat vitæ meæ, quo te rejéci ex ánima mea, et me separávi a te; sed in póstherum vitam meam millies pónere pótius volo, quam iterum amittere te, summum Bonum meum. Obliviscere, Dómine, ómnium injuriárum, quibus te afféci, et mihi misératus ignósce; toto corde me illárum pénitet, et præ dolore mori vellem. Quamvis autem in te pecáverim, mihi præcipis, ut amem te: Diliges Dóminum Deum tuum, ex toto corde tuo. Oh, Dómine mi, quis ego sum ut a me diligí cùpias? Quóniam hoc desideras, amóre te próse-qui volo. Tu pro me mortem subire voluisti, et carnes tuas in cibum mihi dedisti, ego ómnia relinquo, ómnibus valedico, et te solum, amantissime Salvátor, ampléctor. Quis me separábit a caritaté Christi? O Redémptor amábilis, et quem álium diligere

volo, nisi te, qui es infinita bónitas, et infinito amóre dignus? Quid mihi est in cœlo? et a te quid volui super terram? Deus cordis mei, et pars mea Deus in æternum. Profécto quidem, Deus meus, et ubinam sive in cœlo, sive in terra bonum te majus invenire possum, vel qui magis quam tu me diléxerit? Advéniat regnum tuum. Oh! bone Iesu, sume, precor, hoc mane totius cordis mei dominíum, illud ego tibi totum præbeo. Tu illud semper ac totum posside, et omnes afféctus, qui non sunt ad te, ab eo repélle. Te solum in partem meam, et in meas divitias éligo: Deus cordis mei, et pars mea, Deus, in æternum. Da, ut semper illud sancti Ignáttii a Loyóla in ore hábeam, et petam: Amórem tui solum cum grátia tua mihi dones, et dives sum satis. Da mihi amórem et gratiā tuam, fac videlicet ut amem te, et amer a te, et dives sum satis, nec amplius ultra desídero, nec áliud quaro. Verúntamen tu scis infirmitatem meam, et quam sæpe tibi infidélis extiterim; áduja ergo me grátia tua, nec umquam permittas me separari ab amóre tuo sancto.

Ne permittas me separari a te. Hoc nunc tibi dico, sempérque dicere volo, et id ipsum, tribue, ut repétere tibi semper queam: Ne permittas, ne permittas me separari a te.

O Virgo sanctissima, spes mea, Maria, impestra mihi a Deo hanc dūplicem grātiām: sanctam perseverātiām et sanctum amōrem; nihil ámplius a te peto.

Feria Tertia.

Ah! Dómine mi, quómodo pótui te a multoties offendere, sciens quod peccando tibi summe displicébam? Per mérita, quæso, passiónis tuæ ignósce mihi, et vineulo amoris tui me tibi obstringe, non te séparet a me fector culpárum meárum. Fac ut magis ac magis tuam bonitatem et amorem, qui tibi debétur, et caritatem, qua me dilexisti, semper agnoscam.

Cúpio, bone Jesu, me totum prote devovére, qui temetipsum pro me in sacrificium offérre voluisti. Tu innúmeris caritatis arguméntis me tibi obstrinxisti; ne, quæso, permittas me umquam separari a te. Amo te, Deus meus, teque semper diligere

volo. Et quómodo a te disjunctus, et sine grātia tua vivere pótero, cum amorem tuum cognoverim? — Grātias ago tibi quia me pertulisti quando sine grātia tua vivebam, et quia tempus adhuc mihi præstas amāndi te. Si tunc mihi supervenisset intéritus, te amplius amare non possem. Quóniam vero adhuc te diligere possum, ómnibus viribus te amare volo, dulcissime Jesu, tibique in ómnibus placere perópto. Diligo te, o Bónitas infinita, amo te plus quam me; et quia amo te, dono tibi corpus meum, animam meam, ac totam voluntatēm meam. Fac Dómine, et dispónē de me juxta beneplácitum tuum, in ómnibus me tibi subjicio. Dúmmodo mihi concédas ut semper diligam te, nihil aliud posco. Terréna bona da volentibus illa; non aliud ego desidero, nihilque peto, nisi perseverantiam in grātia tua, et sanctum amorem tuum.

Infixus ego, o Pater æterne, Filii tui promissis: Amen, amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nōmine meo, dabit vobis (Joañ. XVI, 23), in nōmine Jesu Christi peto a te sanctam perseverantiam, et grātiam

amandi te ex toto corde meo, perfete faciendo deinceps voluntatem tuam. O Jesu, tu pro me victima factus es, et mihi te ipsum dedisti, ut tradam tibi me ipsum, tibique immolem voluntatem meam; inquis enim: Praebe, fili mi, cor tuum mihi (Prov. XXIII, 26). Ecce cor meum, Domine, ecce cor meum, et animam meam, quam tibi dono, et omnino pro te devoveo. Verum tu scis Domine infirmitatem meam: succurre mihi; ne permittas me hanc voluntatem meam a te retrahere ad peccandum in te. Minime: noli hoc permettere; da ut semper diligam te, fac ut amem te quantum Sacerdos te diligere debet; et quemadmodum Filius tuus in cruce moriens dicere potuit: Consummatum est, ita in morte mea dicere valeam, quod ex hac die mandata tua custodivi. Praesta, ut in omnibus temptationibus, et periculis in te peccandi semper ad te recurrat, et auxilium tuum per merita Iesu Christi implorare non omittam.

O Maria sanctissima, quae omnia potes apud Deum, impetra mihi hanc gratiam, ut in temptationibus semper ad Deum, et ad te consurgam.

Feria Quarta.

O mi Jesu, video quanta operatus et passus es, ut mihi necessitatem imponebas amandi te, et ego tam ingratum me tibi probavi? Quoties pro vili delectatione et desiderio nequam, tuam gratiam commutavi, et amisi te, o Deus animae meae! Creaturarum beneficia grata memoria sum prosequutus, tibi soli me ingratum praebui. Ignosce mihi, Deus meus: doleo ejusmodi ingrati animi crimen, et toto corde me penitet, et veniam a te spero cum sis infinita bonitas. Si tu bonitas infinita non es, mihi desperandum foret, nec amplius misericordiam tuam implorare auderem.

Tibi sint grates, amor meus, quia ad infernum, quem promerui, non me damnasti, et tanto tempore me sustinuisti. Sola quidem patientia tua in me, Deus meus, ad amandum te trahere me debaret. Quis umquam me tolerare potuisse, nisi tu, qui es infinita misericordiae Deus? Jamdiu est, ex quo invitasti me ad amandum te; nolo amplius resistere amori tuo; ecce me tibi totum dedo. Sufficit quantum in te peccavi, nunc te dil-

gere volo. Amo te, o sumnum Bonum meum; diligo te, o Bónitas infinita, amo te, Deus meus, qui es infinito amore dignus, et semper repete volo in tempore et in æternitate; amo te, amo te. — O Deus, et quot annos amisi, in quibus te diligere et in amore tuo prógredi potuisse, et eos instúpsi ad peccandum in te! At sanguis tuus, o Jesu, spes mea est. Numquam, spero, te amare cessabo. Ignoro quantum mihi vivendum superest; residuum tamen vitae meæ sive breve sive longum sit, illud tibi totum consecro. Ad hunc finem háctenus exspectasti me. Volo quippe tibi complacere, volo te, amantissime Dómine, semper amare, te que solum diligere volo. Quid mihi deliciae! Quid divitiae! Quid honores! Tu solus, Deus meus, tu solus, solus es, et semper eris amor meus, et ómnia. Sed nihil possum, nisi tu adjuves me gráta tua. Vúlnera queso cor meum, inflamma illud sancto amore tuo, tibique totum conjúnge, et ita conjúnge, ut a te numquam separari possit. Tu amare promisisti qui te dilit: Ego diligentes me diligo. (Prov. VIII, 17.) Nunc amo te:

parce audáciæ meæ, ama tu étiam me, et ne permittas me quidquam facere, quod impédiat quóminus diligas me: Qui non diligit manet in morte. (I. Joann. III, 14.) Libera me ab ista morte, qua impédiar quóminus amem te. Fac ut semper diligam te, ut semper tu queas amare me; et sic diléctio nostra æterna sit, nec inter me et te amplius dissolváatur. Hoc præsta, Pater æterne, per amorem Jesu Christi. Hoc ipsum concéde, jucundissime Jesu, ob mérita tua, per quæ spero fore, ut te semper diligam et vicissim a te semper diligar.

O María, Mater Dei, et mater mea, tu étiam deprecare Jesum pro me.

Feria Quinta.

O Deus infinitæ majestatis, en pro ditorem ad pedes tuos, qui tam gráviter in te deliquit! Tu multoties pepercisti peccatis meis, et ego, spretis beneficiis et præsidii, quibus me donasti, iterum te injuriis affeci. Ceteri peccavérunt in tenebris, ego autem in luce. Sed audi vocem hujus filii tui, quem modo tibi obtuli, et qui nunc est in pectore meo, ipse pro me misericordiam et véniam apud

te implórat. Parce mihi, o Bónitas infinita, per amórem Jesu Christi, quia te offendisse toto corde me pénitet.

Scio te libénter, Jesu Christi amóre, peccatóribus fieri placábilem: Complácuit per eum reconciliare ómnia in ipsum. (Coloss. I, 19-20.) Per amórem igitur Jesu Christi, placare tu étiam mihi. Ne projicias me a fácie tua quamvis id méreas; parce mihi, et muta cor meum. Cor mundum crea in me Deus. Hoc age ob honórem saltem tuum quóniam elegisti me in sacerdótem et ministrum ad offeréndum tibi ipsum Filium tuum. Fac me vivere sicut débet sacerdótem. Da cor mihi, quo te sacerdos amáre debet. Exstíngue, precor, et déstrue in me tui amóris igne omnes terréños afféctus. Fac ut gratum deinceps me tibi probem pro tantis beneficiis mihi collátis, et pro tanto amóre, quo amásti me. Si olim amicitiam tuam sprevi, nunc eam magis æstimo quam cuncta mundi regna, et beneplácitum tuum ómnibus divitiis ac cœli terræque antepóno. — O Pa-
ter mi, per Jesu Christi amórem ábs-
trahe me ab ómnibus rebus. Tu vis
ut sacerdótes tui ab ómnibus, quæ

in mundo sunt, omnino segregáti sint, ac tibi soli, et opéribus gloriæ tuæ vivant: Segregáte mihi Saulum et Bárabam in opus, ad quod assúm-
psi eos. (Act. XIII, 2.) Scio quod étiam id a me requiris, et hoc fácerem propóno, sed tu áduva me grácia tua. Trahe me totum ad te. In la-
bóribus et in advérsis mihi patien-
tiam et voluntatis conformatiōnem tribue. Da ut per amórem tuum me-
ipsum mortificem. Concéde mihi spí-
ritum veræ humilitatis, quo gáudeam
me abjectum et imperfectum reputári. Doce me fácerem voluntatē tuam,
et tum quod a me requiris índica
mihi, id enim exsequi volo. Récipe
Deus meus ad amandum te peccató-
rem, qui hactenus nímium in te pec-
cavit, sed nunc vere te diligere vult,
et esse tuus. O Deus aëterne, spero
fore ut te amem in aëternum. Et
ideo volo étiam in hac vita te mul-
tum amáre, ut multum te amáre vá-
leam in aëternitáte. Et quia amo te,
ab ómnibus te cognoscí et amári de-
sidero; et ideo Dómine, quóniam fe-
cisti me sacerdótem tuum, fac ut pro
te laborem, et saluti animarum in-
cúmbam. Hæc ómnia spero per mé-

rita, o Christe Jesu, et per tuam intercessiónem, o mater mea María.

Feria Sexta.

O Jesu! et quómodo potuisti me ex millibus in sacerdótem tuum elígere? Me, qui toties tibi terga verti, et pro nihilo gratiam tuam sprevi? Amantissime Dómine mi, dóleo ex tota ánima mea de peccátis meis. Dícito mihi, remísisti ne peccáta mea? Spero quidem. Fuisti quippe Redémptor meus non semel tantum, sed quóties mihi pepercisti. Ah, Salvátor mi, útinam numquam te offendísem! Fac, óbsecro, me audire quod Magdalénæ dixisti: Remittuntur tibi peccáta tua. Fac ut séntiam me in grátiam tuam jam esse réceptum do-nans mihi magnum dolorem de pec-cátis meis. — In manus tuas comméndo spíritum meum; redémisti me Dómine Deus veritatis. Oh! divinissime Pastor, tu de cœlo descendísti ad inveniéndum me, pérditam ovem, et pro me quotidie super altare de-scéndis; posuisti vitam tuam ut sal-vum me fáceres: ne derelínquas me. In manus tuas comméndo ániam meam, súscipe cleménter eam, et ne permittas umquam separári a te. —

Tu pro me totum Sanguinem tuum fudisti; Te ergo quásimus, tuis fámulis súbveni, quos pretiósó Sanguine redemísti. Nunc es advocátus meus, non vero judex; véniam pro me apud Patrem tuum impetra; óbtine mihi lumen et virtútem amándi te ex tota ánima mea. Da résiduum vitæ meæ sic transigere ut, quum te júdicem aspéxero, mihi te placátum vídeam.

Regna, quæso, amóre tuo in corde meo, fac ut sim totus tuus; et ideo, Salvátor amábilis, mémorem me fac semper amóris, quo me dilexisti, et quanta operátus et passus es, ut me salváres, et amarérис a me. Ad hoc me sacerdótem fecisti, ut nihil dili-gam præter te. — Jesu mi, volo quippe tibi complacére; ego diligo te, et nihil áliud diligere volo præter te. — Fac me húmilem et patiéntem in labóribus hujus vitæ, mansuétum in humiliatióibus, a terrénis deliciis abhorréntem, et a creatúris abstráctum, et præsta ut a corde meo ejiciam omnes afféctus, qui non sunt ad te. Hæc ómnia a te implóro, et spero per mérita passiónis tuæ. O Jesu jucundissime, amábilis Jesu, o bone Jesu exaudi me.

O mater mea, et spes mea, María,
tu quoque exaudi me, et ora Jesum
pro me.

Sabbato.

Lóquere, Dómine, quia audit servus
tuus. (I. Reg. III, 10.)

O Jesu amantissime, tu venisti
etiam hoc mane ad visitandam
ánimam meam, ex íntimo corde tibi
gratías ago. Quóniam venisti ad me,
lóquere, quæso, et dícito mihi quid
velis a me quia ómnia fádere volo.
Non méreo quod ultra mihi loquaris,
eo quod vocem tuam audire persépe
recusavi, qua me vocábas ad amó-
rem tuum, et ingrátus tibi terga verti.
Verum de peccatis meis jam pénitentiam egi, nunc iterum me illórum
pénitent, et véniam a te jam obtinuisse
confido. Die ergo mihi quid me vis
fádere, sum enim parátus ad ómnia.
— Utinam, Deus meus, te semper
amássem. Hei mihi! quot annos
amisi! At Sanguis tuus, et promis-
siones tuæ spem mihi áfferunt repa-
rándi tempus amíssum, te solum de-
inceps amando, tibique placéndo.
— Amo te Redémptor meus, amo te
Deus meus, ad nihil aspíro nisi ad

amándum te ex toto corde meo, et
ad vitam ipsam ponéndam pro amore
tui, qui amore mei mortem subire
voluisti. Amore amoris tui, dicam
tibi cum sancto Francisco, móriar,
qui amore amoris mei dignátus es
mori. Tu Jesu mihi totum te ipsum
dedísti; dedísti tuum Sanguinem, vi-
tam, omnes sudores tuos, ómnia mé-
rita tua; plus dare non habuisti: ego
me totum tibi dono; dono tibi omnes
delectatiónes meas, omnes séculi deli-
cias, corpus meum, ániam, volun-
tatem; plus tibi dare non hábeo; si
plus habérem, plus tibi dare. Ju-
cundissime Jesu, tu mihi sufficis.
— Fac tamen Dómine, ut sim tibi fidé-
lis; ne permittas me, mutata volun-
tate, derelinquere te. Spero per mé-
rita passiónis tuæ, Salvátor mi, id
mihi numquam obvienturum. Tu di-
xisti: Nullus speravit in Domino, et
confusus est. (Eccli. II. II.) Tota igit-
ur fidúcia dicere possum et ego: In
te Dómine sperávi, non confundar in
æténum. Spero, o Deus ániam
mea, et semper volo sperare, num-
quam confusiónem passúrum vidéndi
me separátum a te. In te Dómine
sperávi, non confundar in æténum.

(Ps. 30. 2.) — Deus meus, tu omnípotens es, effíce me sanctum. Fac ut multum diligam te, fac ut nihil prætermittam, quod redündet in glóriam tuam, et ómnia vincam ut tibi compláceam. O me beatum, si ómnia perdam, ut solum te, et amórem tuum invéniam! Ad hunc finem vitam tribuisti mihi, fac ut eam opéribus glóriæ tuæ omnino impéndam. Non méreor beneficia, sed pœnas; ideo déprecor te, ut púnias me sicut vis, dummmodo grátiam tuam non auferas a me. Sine mensura amásti me, o caritas infinita, o infinita bónitas, sic amo et amábo te. O volúntas Dei! tu es amor meus. O Jesu mi! tu mórtuus es pro me, útinam ego étiam mori possem pro te, et morte mea efficerem ut omnes ament te. O bónitas infinita, et infinite amabilis! egote máximi fácio, et super ómnia diligo te.

O Maria! trahe me ad Deum; da mihi fiduciā in te, et fac ut semper ad te confugiam; intercessióne tua sanctum me réddere debes: ita spero.

Indulgencia 100 dierum pro unaquaque ex precedentibus S. Alfonsi Orationibus si stata die recitetur.

(S. C. Indulg. die 20. Dec. 1884.)

Oblatio sui.

Indulg. 300 dierum semel in die. (26. Maij 1883.)

Suscipe Dómine univérsam meam libertátem. Accipe memóriam, intellectum, atque voluntátem omnem. Quidquid hábeo, vel possideo, mihi largitus es: id tibi totum restituo, ac tuæ prorsus voluntati trado gubernandum. Amórem tui solum cum grátiâ tua mihi dones, et dives sum satis, nec áliud quidquam ultra posco.

Oratio

dicenda ante imaginem Ss. Crucifixi.

Indulgencia plenaria, quin necesse sit Ecclesiam visitare, dummmodo oretur per aliquod temporis spatiū ad mentem Summi Pontificis. (Confr. 31. Juli 1858.)



En ego, o bone et dulcissime Jesu, ante conspectum tuum géniibus me provólvo, ac máximo ánimi ardóre te oro atque obtéstor, ut meum in cor vívidos fidei, spei et caritatis sensus, atque veram peccatórum meórum pœnitentiam, éaque emendándi firmissimam voluntátem velis imprimere: dum magno ánimi afféctu

et dolore tua quinque vulnera mecum
ipse considero, ac mente contemplor,
illud praे oculis habens, quod jam in
ore ponébat tuo David Prophéta de te,
o bone Iesu: Fodérunt manus meas et
pēdes meos: Dínumeráverunt ómnia
ossa mea. (Ps. xxi, 17 et 18.)

****Rhythmus S. Thomæ Aquinatis ad
Sacram Eucharistiam.**

Indulgentia 100 dierum. (20. Dec. 1884.)

Adóro te devóte, latens Déitas,
Quæ sub his figuris vere látitas:
Tibi se cor meum totum subjicit,
Quia te contémplans, totum déficit.

Visus, tactus, gustus in te fallitur,
Sed auditu solo tuto créditur:
Credo quidquid dixit Dei Filius:
Nil hoc verbo veritatis vérius.

In cruce latébat sola Déitas;
At hic latet simul et humanitas:
Ambo tamen credens, atque cónfiteens,
Peto quod petivit latro pénitens.

Plagas, sicut Thomas, non intueor,
Deum tamen meum te confiteor:
Fac me tibi semper magis crédere,
In te spem habére, te diligere.

O memoriále mortis Dómini,
Panis vivus, vitam præstans hómini;

Præsta meæ menti de te vivere,
Et te illi semper dulce sápere.

Pie pellicáne Jesu Dómine,
Me immundum munda tuo sanguine:
Cujus una stilla salvum fáceré
Totum mundum quit ab omni scélere.

Jesu, quem velatum nunc aspicio,
Oro, fiat illud, quod tam sitio:
Ut te revelata cernens fácie,
Visu sim beatus tuæ glóriæ. Amen.

****Oratio ad B. V. Mariam.**

Indulgentia 100 dierum. (20. Dec. 1884.)

OMNIA, Virgo et Mater sanctissima, ecce suscépi dilectissimum Filium tuum, quem immaculato útero tuo concepisti, genuisti, lactásti, atque suavissimis ampliéibus strinxisti. Ecce, cuius aspéctu lætabaris, et omnibus deliciis replebaris, illum ipsum tibi humiliter et amánter repræsento, et offero tuis bráchiis constringendum, tuo corde amandum, sanctissimæque Trinitati in supremum latræ cultum, pro tui ipsius honore et glória, et pro meis, totiusque mundi necessitatibus offerendum. Rogo ergo te piissima Mater, impestra mihi véniam ómnium peccatórum

00749

meorum, uberémque grátiam ipsi
deinceps fidélis serviéndi, ac déni-
que grátiam finálem, ut eum tecum
laudáre possim per ómnia sácula
sæculórum. Amen.

Oratio ad S. Joseph.

Indulg. 100 dierum. (Pius IX. 4. Febr. 1877.)

Virginum Custos, et Pater, sancte
Joseph, cuius fideli custódia ipsa
Innocéntia Christus Jesus et Virgo
Virginum María commissa fuit: Te
per hoc utrūque caríssimum pignus
Jesum et Mariam óbsecro et obtéstor,
ut me ab omni immunditia præser-
vatum, mente incontaminata, puro
corde, et casto corpore Jesu et Ma-
riæ semper fácias castissime famu-
lári. Amen.

Oratio ad Sanctos.

O beati Spiritus Angélici, qui huic
tremendo Mysterio cum summa
reverentia, et amore semper adstatis,
et vos, o Sancti Dei omnes, ecce Dó-
minus vestrum, quem vos in hoc
mundo toto corde dilexistis, quem-
que vos, o Angeli Sancti, in terra
natum adorástis, eúmdem ego in
Ss. Sacraménto a me suscéptum vo-
bis ómnibus, et singulis óffero amán-

dum, neonon ad majórem Dei glóriam,
et in augmémentum vestri gáudii, et
Sanctissimæ Trinitati praesentandum,
et pro meis totiúsque Ecclésiæ ne-
cessitatibus oferéndum exhibeo: ro-
gans, ut précibus vestris, véniam no-
bis delictórum nostrorum impetrétis,
robur in tentatióibus, in afflictioní-
bus subsídium, in vita nostra grátiam,
ac sanctam in morte perseverántiam,
ut fine bono consummáti Deum deó-
rum videámus, laudémus et amémus
vobiscum, per ómnia sácula sæculó-
rum. Amen.

Invocationes et Petitiones.

Indulgencia 300 dierum semel in die,
orando etiam per aliquod temporis spatiū
juxta mēntem summi Pontificis; et plenaria
semel in mense, in uno ex ultimis tribus
mensis diebus. (3. Mart. 1827.)

O Pater, o Fili, o Sancte Spiritus!
O O sanctissima Trinitas! O Jesu!
O Maria! Angeli benedicti, Sancti,
Sanctaeque omnes Paradisi, has mihi
gratias impetráte, quas per Jesu Chri-
sti pretiosum sanguinem implóro:

1. Dei voluntátem semper adim-
plére.
2. In unióne illius semper perma-
nere.

3. Solum Deum semper atténdere.
4. Solum Deum diligere.
5. Omnia propter Deum ágere.
6. Solam Dei glóriam quærere.
7. Ad sanctitátem solum propter Deum téndere.
8. Nihilítatem meam radicitus agnoscere.
9. Dei voluntátem semper inquirere.
10. (*Petatur aliqua gratia specialis iuxta proprias necessitates.*)

Maria sanctissima, pretiosum Sanguinem Jesu Christi aeterno Patri offeras, quæso, pro salute animæ meæ, pro animabus in purgatório detentis, pro sanctæ Ecclesiæ necessitatibus, pro peccatórum conversióne, ac dñeque pro univérso mundo.

Hic dicuntur 3 *Glória Patri* ad Jesu Christi pretiosum Sanguinem; semel *Ave Maria* ad perdonantem Virginem; et semel *Réquiem aeternam* pro Defunctis.

Aliæ Orationes

post Missam dicendæ ad libitum
Sacerdotiis.

Oratio.

Omnipotens, sempiterne Deus, Conservátor animarum, mundique Redémptor, me fámulum tuum ante

majestatē tuam prostratum benignissime respice, et sacrificium, quod in honorem nōminis tui pro salutē fidélium tam vivorum, quam étiam defunctórum, et pro peccatis et offendionibus meis obtuli, piissime suscipe, iram tuam a me remove, gratiā et misericordiam mihi concéde, januam paradisi mihi pande, ab omnibus malis me potenter eripe, et quidquid proprio commisi reatu clementer indulge. Et sic in hoc sæculo in præceptis tuis fac me perseverare, ut dignus electórum gregi copulari efficiar, te præstante, Deus meus, cujus nōmen benedictum, honor atque regnum pérmanet in sæcula sæculorum. Amen.

Oratio S. Joannis Chrysostomi.

Gratiás tibi agimus, clementissime Dominator, Redémptor animarum nostrarum, quóniam et præsenti hodie cœlestibus et immortálibus mysteriis nos dignos fecisti. Tu dirige viam nostram; serva nos in timore tuo; tuére vitam nostram; gressus nostros firma orationibus et intercessiōnibus sanctæ et gloriösæ Dei Genitricis et semper Virginis Mariæ. Exaltare

super cœlos, Deus, et super omnem terram glòria tua nunc et semper, et in sècula sèculórum. Amen.

Oratio S. Thomæ Aquinatis.

In effabilem misericordiam tuam, Domine Iesu Christe, humiliter exoro, ut hoc Sacramentum Corporis et Sanguinis tui, quod indignus suscepisti, sit mihi purgatio scelerum, sit fortitudo fragilium, sit contra mundi pericula firmamentum, sit impetratio veniae, sit stabilimentum gratiae, sit medicina vitae; sit memoria tuae Passiones, sit contra debilitatem fomentum; sit viaticum meae peregrinationis. Euntem me conducat, errantem me reducat, revertentem me suscipiat, titubantem me teneat, cadentem me erigat, et perseverantem me in gloriam introducat. O altissime Deus, beatissima praesentia Corporis et Sanguinis tui, sic immutet palatum cordis mei, ut, praeter te, nullam unquam sentiat dulcedinem, nullam amet pulchritudinem, nullam desideret consolacionem, nullum querat illicitum amorem, nullam admittat unquam deletionem, nullum curet honorem, nullam timeat crudelitatem. Amen.

Oratio S. Thomæ Aquinatis.

Concede mihi, queso, omnipotens et misericors Deus, quæ tibi placentia sunt, ardenter concupiscere, prudenter investigare, veraciter agnoscere, et perfecte adimplere. Ad laudem et gloriam Nominis tui, ordinata Statum meum: et quod a me requiris ut faciam, tribue ut sciām, possim, et velim; et da exsequi, ut oporet, et expedit saluti animae mee.

Via mihi, queso, ad te sit tuta, recta et consummata, non deficiens inter prospera et adversa; ut in illis non extollar, et in istis non deprimar. In prosperis gratias tibi referam. De nullo gaudeam, vel doleam, nisi quod promoveat ad te, vel quod abducatur a te. Nulli placere appetam, vel displicere timeam, nisi tibi. Omnia in caritate da facere; et quod ad cultum tuum non pertinet, quasi mortuum reputare.

Vilescant mihi omnia transitoria propter te, et cara sint mihi omnia tua, et tu, Deus meus, plusquam omnia. Delichtet me omnis labor, qui est pro te; et tædiosa sit mihi omnis quies, quæ non est in te. Frequenter et ferventer da mihi, dulcissime

Dómine, cor meum ad te dirigere, et defectiōnem meam, cum emendatiōnis propōsito, dolēndo pensāre.

Fac me, Deus meus, hūmīlem sine fictiōne, hilarem sine dissolutione, tristem sine dejectione, matūrum sine gravitāte, agilem sine levitāte, verācem sine duplicitāte, timētēm sine desperatione, in te sperāntēm sine præsumptiōne, castum sine corrūptiōne, p̄rōximum corripere sine indignatione, ipsūmque ædificare verbo et exēmple sine elatiōne, obediētēm sine contradictione, patiētēm sine murmuratiōne.

Da mihi, dulefssime Jesu, cor pér-vigil, quod nulla a te abdūcat curiōsa cogitatiō: da immobile, quod nulla deōrum trahat indigna affēctiō: da invictum, quod nulla fātiget tribulatiō: da liberum, quod nulla sibi vīndicet violēta delectatiō: et da rectum, quod nulla seōrum obliquet sinistra intētiō.

Largire mihi, dulcissime Deus meus, intellēctum te cognoscētēm, diligētiām te quārētēm, sapiētiām te inveniētēm, conversatiōnem tibi plācētēm, perseverātiām te dūlciter et fiduciāliter exspectātēm, fidūciām te

feliciter ampletētēm. Da tuis pœ-nis configi per pœnitētiām, tuis be-neficiis uti in vita per grātiām, et tandem tuis gāudiis in pátria frui per gloriām. Qui cum Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas in sācula sā-culōrum. Amen.

Pro tota Ecclesia.

Sanctifica, o piissime Pater, Ecclē-siam tuam, aufer ab ea ómnia scāndala et schismata, ut fiat unum ovile, et unus Pastor: effunde misericordiam tuam in gentes, quae te non novērunt, et illūmina corda illā-rum, ut te cognoscant et ament; dis-sipa consilia impiōrum, nē regno tuo officiant et propagatiōni gloriāe tuā: da summo Pontifici, Praelatis, Ordini-bus Ecclesiasticis, ac ómnibus Reli-giōsis tuum amōrem, et ut suo officio rite fungāntur; Imperatori, Régibus, Principibus, cunctisque Magistratibus sapiētiām, qua justitiām fidēliter administrent, pacēmque sequāntur, ac pōpulo tuo tuam benedictiōnem; tribue agonizāntibus veram contritiō-nem, tuūmque amōrem, peccatōribus véniam, ac veram emendatiōnem, inimicis meis tuam caritātem, ac dul-

cédinem, amicis, benefactóribus, consanguineis tuam dilectionem: huic Congregatióni bona spirituália et temporália, nosque, et ómnia nostra dirige, ut cultus tuus hic semper vigeat et perseveret; animábus in Purgatório detentis, illis máxime, quæ suffragiis nostris indigent, vel quibus sum obligatus, réquiem sempiternam, ac beatam tui fructiōnem.

Oblatio sacrificii peracti.

ODómine Iesu Christe, in memoriā imēnsae tuæ caritatis, qua propter me natus, passus, crucifixus et mórtuus es, ófero tibi hujus Missæ et ómnium Missarum, quæ in toto mundo fiunt, Hóstiam sacrosáncti Córporis et Sanguinis tui, óbsecrans per viscera misericordiæ tuæ, ut suscipientias et Patri tuo ófferas, in ea virtute, qua illi in Cruce móriens, Spíritum tuum tradidisti: ut vivis tuam grátiam, et defunctis réquiem, et ómnibus nobis misericordiam, vitamque largiáris sempiternam. Singuláriter tamen oro pro N. N. Noli me propter peccata mea damnare, Dómine Iesu; sed per hanc perceptionem Redemptiōnis nostræ, ab ira tua et

a peccatis me liberare digneris. Et præsta, Salutáris meus, ut cum frequentatiōne Mystérii tui, crescat meæ salutis effectus. Obsecro te, ut mihi sit cibus, qui me confortet, nūtriat et protéget. Da mihi grátiam, ut hujus Sacramenti percéptio, sit mihi nunc, et in morte plena reconciliatio, plena peccatórum purgatio, et ad vitam eternam introductio. Amen.

Oratio ad Beatam Virginem.

Osacratissima, o serenissima et inclyta Virgo María, Mater Dómini nostri Iesu Christi, Regina cœli et terræ, quæ eūdem Creatórem ómnium creaturárum in tuo sancto útero digna fuisti portare, cujus idem veracissimum corpus et sanguinem ego indignus sumere præsumpsi; rogo te per virginalem humilitatem tuam et per passionem et mortem ejusdem Filii tui, ut apud ipsum pro me misero peccatore intercedere digneris, ut quidquid in ejus sacrificatiōne benedictissima ignoranter, negligenter, vel incaute commisi, aut etiam omisi, tuis sanctissimis preciōbus mihi dignetur indulgere. Amen.

Pars II.

Selecta quædam pietatis
Exercitia

sacris Indulgentiis ditata pro opportunitate Sacerdotum.

Preces Matutinæ.

¹ In nōmine Patris et Filii et Sp̄ritus Sancti. Amen.

Trisagium Angelicum.

Indulgentia 100 dierum semel in die; quæ Indulgentia acquiri potest tribus vicibus in diebus Dominicis, in Festo et diebus Octavæ Ss. Trinitatis; et plenaria semel in mense, quin necesse sit Ecclesiam visitare. (S. C. Indulg. 6. Jun. 1769, et 26. Jun. 1770.)

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus exercituum: Plena est terra glória tua: Glória Patri, glória Filio, glória Spiritui Sancto.

¹ Qui signat se signo Crucis proferens verba: In nōmine Patris, etc., ut supra, consequitur Indulgenciam 50 dierum quoties id facit; et si id faciat cum aqua benedicta, lucratur Indulgenciam 100 dierum (S. C. Indulg. 28. Jul. 1863, et 23. Mart. 1866).

Oratio ad sacrosanctam Trinitatem.
Indulgentia 200 dierum semel in die.
(15. Mart. 1890.)

Omnipoténtia Patris, áduja fragilitatem meam, et e profundo misériæ éripe me. — Sapientia Filii, dirige cogitationes, verba et actiones meas omnes. — Amor Sp̄ritus Sancti, esto cunctarum animæ meæ operationum principium, quo jūgiter sint divino beneplácito confórmes.

Directio intentionis et oblatio matutina.

Indulgentia 100 dierum semel in die et plenaria semel in mense. (6. Sept. 1867.)

Aeterne Deus, en ego ante immensam Majestatē tuam génibus me provólvo, et humiliter te adórans offero tibi omnes cogitationes meas, verba et opera hujus diēi, et intendo omnia facere pro amore tuo, pro glória tua, pro adimplenda divina tua voluntate, ut certam faciam salutem meam, et sperem in misericordia tua, ut satisfaciām divinæ justitiae tuae pro gravissimis omnibus peccatis meis, ut subveniam sanctis animabus in purgatório detentis, ut veræ conversionis gratiām omnibus peccatoribus impetrem. Intendo dénique omnia facere in unione purissimarum

intentionum, quas habuerunt in hac vita Jesus et Maria, et omnes Sancti, qui sunt in celo, et justi, qui sunt in terra; et vellem sanguine meo subscribere hanc intentionem meam, eamque repeterem tot vicibus omni momento quo erunt momenta totius aeternitatis. Accipe, jucundissime Deus, meam hanc bonam voluntatem; et da mihi tuam sanctam benedictionem cum tali efficaci gratia, ut toto tempore vite meae numquam mortale peccatum committam, praesertim vero hac die, in qua desidero et intendo consequi omnes indulgentias, quarum capax esse possum, ac omnibus Missis assistere, quae hodie in universo mundo celebabantur, quas omnes applicare intendo in suffragium sanctarum animarum purgatoriis, ut ab illis penitus liberentur. Amen.

Si Sacerdos non celebrat primo mane, seu initio diei, dicere potest Orationem „En ego, etc.“ supra positam, pag. 53.

Oratio ad Jesum Christum
pro Sacerdotibus et in Sacris constitutis.

Indulgencia 300 dierum semel in die.
(14. Aug. 1884.)

Jesu dilectissime, qui ex singulari benevolentia me pre millenis ho-

mibus ad tui sequelam, et ad existimiam sacerdotii dignitatem vocasti, largire mihi, precor, opem tuam divinam ad officia mea rite obeunda. Oro te, Domine Jesu, ut resuscites hodie et semper in me gratiam tuam, quae fuit in me per impositionem manuum episcopalem. O potentissime animarum medice, sana me taliter ne revolvar in vitia, et cuncta peccata fugiam, tibique usque ad mortem placere possim. Amen.

Jaculatoria

pro Sacerdotibus et in Sacris constitutis.
Indulgencia 100 dierum semel in die.
(16. Aug. 1884.)

Bone Jesu, rogo te per dilectionem, B qua diligis Matrem tuam, ut sicut vere eam diligis et diligis vis, ita mihi des, ut vere eam diligam.

Formula oblationis quotidiana ad
S. Cor Jesu.

Indulgencia 100 dierum semel in die.
(19. Dec. 1885.)

Domine Jesu Christe, in unione illius divinae intentionis, qua ipse in terris per sanctissimum Cor tuum laudes Deo persolvisti, et nunc con-

tinénter in Eucharístiæ sacraménto ubique terrárum persólis usque ad consummatiōnem sǽculi, ego per hanc diem integrum, nulla nec mínima quidem parte excépta, ad imitatiōnem sacratissimi Cordis Beátæ Mariæ semper Virginis Immaculatæ, tibi libentíssime offero omnes meas intenções et cogitatiōnes, omnes meos afféctus et desidérias, ómnia mea ópera et verba.

**Tres Orationes ad B. M. V.
cum tribus Salutationibus Angelicis.**

Indulgéntia 300 dierum quoties, et plena semel in fine mensis, sine obligatione visitandi Ecclesiam. (21. Octobr. 1823, et 18. Jun. 1876.)

Ego toto corde vénor te, Virgo sanctissima, super omnes Angelos et Santos paradisi, aeterni Patris filiam specialiter éléctam, et ánimam meam cum ómnibus suis poténtiis tibi devódeo. Ave María, etc.

II. Ego toto corde vénor te, Virgo sanctissima, super omnes Angelos et Santos paradisi, Matrem Unigéni Filii Dei, et corpus meum cum ómnibus suis sénsibus tibi devódeo. Ave María, etc.

III. Ego toto corde vénor te, Virgo sanctissima, super omnes Angelos et Santos paradisi, Spíritus Sancti sponsam prædilectaím, et cor meum cum ómnibus suis afféctibus tibi devóeo, simul exórans ut a Trinitaté sanctissima cuncta præsidia ad meam aeternam salútem assequéndam obtineas. Ave María, etc.

Oratio S. Aloysi Gonzagæ ad B. Virginem Mariam.

Indulgéntia 200 dierum semel in die. (15. Mart. 1890.)

O Dómina mea sancta María, in tuam benedictam fidem ac singularem custódiam, et in sinum misericordiæ tuæ, hodie et quotidie, et in hora exitus mei ánimam meam et corpus meum tibi comméndo; omnem spem meam et consolationem meam, omnes angustias et misérias meas, vitam et finem vitæ meæ tibi committo, ut per tuam sanctissimam intercessiōnem, et per tua mérita, ómnia mea dirigántur et disponántur ópera secundum tuam tuique Filii voluntatem. Amen.

Oratio ad B. M. V.

dicenda mane et vespere.

Indulgentia 100 dierum semel in die, si recitetur mane et vespere; et plenaria semel in mense. (5. Aug. 1851.)

Dicatur semel *Ave Maria*, etc., ac deinde sequens Oratio.

O Dómina mea! O Mater mea! Tibi me totum offero, atque ut me tibi probem devótum, cónsevero tibi hódie óculos meos, aures meas, os meum, cor meum, plane me totum. Quóniam itaque tuus sum, o bona Mater, serva me, defénde me ut rem ac posses-siónem tuam.

Salve Regina.

Sub tuum præsidium, etc.

Indulgentia 100 dierum semel in die, si mane recitetur *Salve Regina*, et vespere *Sub tuum præsidium cum VV.*; et Indulgentia septem annorum ac totidem quadragesimæ singulis Dominicis infra annum; et plenaria bis in mense, in duabus nempe distinctis Dominicis ejusdem mensis ad arbitrium eligendis: alia plenaria in omnibus et singulis Festis B. V. M. (idest: Conceptionis, Nativitatis, Annuntiationis, Purificationis et Assumptionis), et in Festo Omníum Sanctorum, sine obligatione visitandi Ecclesiæ; et alia item plenaria *in articulo mortis*, si in vita recitatæ fuerint. (5. April. 1786.)

Mane:

Dicatur *Salve Regina*, etc., deinde ut sequitur:

V. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta. R. Da mihi virtútem contra hostes tuos.

V. Benedictus Deus in Sanctis suis.

R. Amen.

Vespere:

Dicatur *Sub tuum præsidium*, etc. Deinde VV. et RR. ut supra.

Angelus Domini. — *Regina Cœli.*

Indulgentia 100 dierum acquiritur quoties ad sonum campanæ mane ad ortum solis, aut meridie vel sub vespere, recitentur Versiculi *Angelus Dómini* cum *Ave Maria* ad singulos, et V. *Ora pro nobis*, etc., et Oratio *Gratiā tuā*; tempore vero paschali, Antiphona *Regina cœli* cum V. et Oratione propria. Plenaria autem semel in mense si semel saltem in die recitatum fuerit præfatis temporibus ut supra: quin opus sit Ecclesiæ visitare. Notanda vero: I. V. *Angelus Dómini*, etc. recitandos esse, nisi justa ratio aliud suadeat, genuflectendo, et a Vespere Sabbati ad totum diem dominicum, stando; et Antiphonam *Regina cœli*, etc., item, si fieri possit stando. II. Qui vero impediatur rationabiliter quominus audiat sonum campanæ aut genuflectat, sufficit ut prædicta recitet, mane, meridie et vespere. (14. Septembris 1724, 20. Aprilis 1742 et 3. Aprilis 1884.)

Jaculatoria.

Indulgentia 300 dierum quoties, et plenaria semel in mense. (30. Sept. 1850.)

Dulce cor Mariæ, esto salus mea.

Oratio ad S. Angelum Custodem.

Indulgentia 100 dierum quoties, et plenaria semel in mense; alia plenaria in Festo Ss. Angelorum Custodum (2. Oct.), si mane et vespere toto anni decursu dicta Oratio recitetur; et alia plenaria in *articulo mortis*, si frequenter in vita recitata fuerit. (2. Oct. 1795, 11. Jun. 1796, et 13. Maij 1821.)

Angele Dei, qui custos es mei, me
A tibi commissum pietate supéerna
illumina, custodi, rege et guberná.
Amen.

Oratio ad S. Josephum.

Indulgentia 300 dierum semel in die. (26. Jun. 1863.)

Memorare, o purissime Sponse Virginis Mariæ, o dulcis Protector mi, S. Joseph, non esse auditum a saeculo, quemquam tua implorantem auxilia, tua petentem suffragia, esse derelictum. Ego tali animatus confidentia ad te venio, tibique fervide me commendo. Noli, queso, o Pater putative Redemptoris, verba mea despicere, sed audi propitus. Amen.

Invocatio ejusdem Sancti.

Indulgentia 300 dierum semel in die. (18. Mart. 1882.)

Fac nos innocuam, Joseph, decurere vitam,

Sitque tuo semper tuta patrocinio.

Oratio pro agonizantibus.

Indulgentia 100 dierum quoties; et plenaria semel in mense, si ter in die tribus diversis temporibus per integrum mensem recitetur. (12. Febr. 1850.)

O clementissime Jesu, amator animalium, obsecro te, per agoniam Cordis tui sanctissimi, et per dolores Matris tuæ Immaculatæ, lava in sanguine tuo peccatores totius mundi, nunc positos in agonia, et hodie morituros. Amen.

V. Cor Jesu in agonia factum, miserere morientium.

Pro fidelibus defunctis.

Indulgentia 200 dierum semel in die, si dicatur ter in die. (19. Aug. 1880.)

Réquiem aeternam dona eis Domine, et lux perpetua luceat eis: Requiescant in pace. Amen.

Oratio mentalis.

Indulgentia plenaria semel in mense iis qui saltem per quartam horæ partem quotidie orationi mentali vacaverint; quin necesse habeant Ecclesiam visitare. (16. Dec. 1746.)

Oratio S. Thomæ

quam frequenter dicebat, antequam dictaret, scriberet, aut prædicaret, prout legitur in libris liturgicis Ordinis P.P. Prædicatorum.

Indulgenciarum 200 dierum semel in die.
(Leo PP. XIII. 21. Febr. 1880.)

Créator ineffabilis, qui de thesaúris sapiéntiæ tuæ tres Angelórum hierarchías designásti, et eas super cœlum empyrénū miro ordine collocasti, atque univérsi partes elegan-
tissime disposuistí. Tu inquam, qui verus fons lúminis et sapiéntiæ diceris ac superéminens principium: infundere dignérás super intellectus mei ténébras tuæ rádiūm claritatis, dúlpices in quibus natus sum, a me rémovens ténébras, peccátum scilicet et ignorátiā. Tu qui linguas infantium facis disértas, linguam meam erúdias, atque in lábiis meis gratiā tuæ benedictiōnis infúnde. Da mihi intelligéndi acúmen, retinéndi capacitatem, addiscéndi modum et facultatem, interpretándi subtilitatem, loquéndi gratiā copiósam, ingrēssum instruas, progrēssum dīrigas, egrēssum cópleas. Tu qui es verus Deus et homo: Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. Amen.

**Orationes
pro confessione sacramentali.****Orationes**

dicendæ a Sacerdote ante et post suam sacramentalem Confessionem.

Indulgenciarum 200 dierum Sacerdoti recitanti utramque sequi. Orat. (19. Aug. 1882.)

Oratio ante Confessionem.

Suscipe Confessiōnem meam, piis-
sime ac clementissime Dómine Jesu Christe, única spes salútis animæ meæ, et da mihi, obsecro, contritiōnem cordis, et lácrimas oculis meis, ut défleam diébus ac noctibus omnes negligéntias meas cum humilitate et puritatē cordis. Dómine Deus meus, suscipe preces meas. Salvátor mundi, Jesu bone, qui te crucis morti dedisti, ut peccatóres salvos fáceres, respice me miserum peccatórem invocántem nomen tuum, et noli sic atténdere malum meum, ut oblivisciā bonum tuum; et si commisi unde me damnare potes, tú non amisi unde salvare soles. Parce ergo mihi, qui es Salvátor meus, et misere-
rere peccatri ci animæ meæ. Solve vincula ejus, sana vúlhera. Emitte igitur, piissime Dómine, méritis puris-

simæ et immaculatæ semper Virginitatis Genitricis tuæ Mariæ et Sanctorum tuorum, lucem tuam, veritatem tuam in animam meam, quæ omnes defectus meos in veritate mihi ostendat, de quibus confiteri me opörtet, atque juvet et dœcat ipsos plene et contrito corde explicare. Qui vivis et regnas Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Oratio post Confessionem.

Sit tibi, Domine, obsecro, meritis beatæ semper Virginis Genitricis tuæ Mariæ et omnium Sanctorum grata et accepta ista confessio mea; et quidquid mihi defuit, nunc et alias de sufficientia contritionis, de puritate et integritate confessio mea, supplex pietas et misericordia tua, et secundum illam digneris me habere plenius et perfectius absolutum in celo. Qui vivis et regnas Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Oratio

a Confessariis dicenda antequam ad sacramentales Fidelium Confessiones excipiendas assideant.

Indulg. 100 dier. semel in die. (27. Mart. 1854.)

Dea mihi, Domine, sedium tuarum assistricem sapientiam, ut sciam

judicare populum tuum in justitia, et pauperes tuos in judicio. Fac me ita tractare Claves Regni Cœlorum, ut nulli apériam cui claudendum sit, nulli claudam cui aperiendum sit. Sit intentio mea pura, zelus meus sincerus, caritas mea patiens, labor meus fructuosus. Sit in me lenitas non remissa, asperitas non severa, pauperem ne despiciam, diviti ne adulter. Fac me ad alliciendos peccatores suavem, ad interrogandos prudenter, ad instruendos peritum. Tribue, quæso, ad retrahendos a malo solertia, ad confirmandos in bono sedulitatem, ad promovendos ad meliora industriam: in responsis matritatem, in consiliis rectitudinem, in obscuris lumen, in impléxis sagacitatem, in arduis victoriis: in utilibus colloquiis ne detinear, pravis ne contaminer; alios salvem, me ipsum non perdam. Amen.

Oratio

dicenda post auditas Fidelium Confessiones.

Domine Iesu Christe, dulcis amator et sanctificator animarum, purifica, obsecro, per infusionem Sancti Spiritus cor meum ab omni affectione

et cogitatione vitiōsa, et quidquid a me in meo mūnere sive per negligētiām, sive per ignorātiām peccātum est, tua infinita pietatē et misericordia supplēre digneris. Commēndo in tuis amabilissimis vulnēribus omnes ánimās quas ad pœnitētiām traxisti, et tuo pretiosissimo Sanguine sanctificasti, ut eas a peccatis ómnibus custodias, ut in tuo timore et amore consérves, in virtutib⁹ in dies magis promoveas, atque ad vitam perdūcas æternām. Qui cum Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas in sāculōrum. Amen.

Benedictio Mensæ.

Ante Prandium.

*Sacerdos benedicturus mensam, incipit
Benedicite, et alii repētunt Benedicite.*

*Deinde dicit: V. Oculi ómnium, et
alii prosequuntur: In te sperant Dó-
mine, et tu das escam illorū in
témpore opportūno. Aperis tu manū
tuā, et imples omne ánimāl bene-
dictiōne.*

Glória Patri. Sicut erat.

Kýrie élēison. Christe élēison.
Kýrie élēison.

Pater noster. *secreto.*

V. Et ne nos inducas in tentatiō-
nem. R. Sed libera nos a malo.

Postea Sacerdos dicit:

Orémus.

Bénedic Dómine nos, et hæc tua
dona, quæ de tua largitāte sumus
sumptūri. Per Christum Dóminum
nostrum. R. Amen.

*Deinde Lector: Jube domne ben-
dicere.*

*Bened. Mensæ coeléstis particeps fá-
ciat nos Rex æternæ glóriæ. R. Amen.*

Post Prandium

*aguntur gracie hoc modo. Dicto a
Lectore Tu autem Dómine miserére
nobis. R. Deo grátiās, omnes surgunt.*

*Sacerdos incipit: V. Confiteántur
tibi Dómine ómnia ópera tua. R. Et
sancti tui benedicant tibi.*

Glória Patri. Sicut erat.

Postea Sacerdos absolute dicat:

*A Gimus tibi grátiās, omnipotens Deus,
A pro univérsis beneficiis tuis: Qui
vivis et regnas in sāculōrum.*

R. Amen.

Deinde alternatim dicitur

Psalmus 50.

*Miserére mei Deus, secúndum ma-
gnam misericordiam tuam.*

Et secundum multitidinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea: et a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, et malum coram te feci: ut justificeris in sermonibus tuis, et vineas cum judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus concactus sum: et in peccatis concépit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: incerta, et occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, et mundabor: lavabis me, et super nivem debabbor.

Auditui meo dabis gaudium et laetitiam: et exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis: et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: et spiritum rectum innova in viscerebus meis.

Ne projicias me a facie tua: et spiritum Sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi laetitiam salutaris tui: et spiritu principali confirma me.

Docabo iniquos vias tuas: et impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ: et exultabit lingua mea justitiam tuam.

Dómine, lábia mea apries: et os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique: holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spíritus contribulatus: cor contritum et humiliatum Deus non despicies.

Benigne fac Dómine in bona voluntate tua Sion: ut aedificantur muri Jerusalēm.

Tunc acceptabis sacrificium justitiae, oblationes, et holocausta: tune impónent super altare tuum vitulos.

Vel Psalmus 116.

Laudáte Dóminum omnes Gentes: laudáte eum omnes populi.

Quoniam confirmata est super nos misericordia ejus: et veritas Dómini manet in æternum.

Glória Patri. Sicut erat.

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.

Sacerdos dicit: Pater noster. *secreto.*
V. Et ne nos inducas in tentatiō-
 nem. *R.* Sed libera nos a malo.

V. Disp̄ersit, dedit paup̄eribus.
R. Justitia ejus manet in s̄eculūm
 s̄eculi.

V. Benedicā Dōminum in omni
 tempore. *R.* Semper laus ejus in
 ore meo.

V. In Dōmino laudābitur anima
 mea. *R.* Aūdiant mansuēti, et læ-
 tēntur.

V. Magnificāte Dōminum mecum.
R. Et exaltēmus nomen ejus in id-
 ipsum.

V. Sit nomen Dōmini benedictum.
R. Ex hoc nunc et usque in s̄eculūm.

Deinde sine Orēmus.

*R*eturbūre dignāre Dōmine ómni-
 bus nobis bona faciētibus pro-
 pter nomen tuum vitam ætérnam.
R. Amen.

V. Benedicāmus Dōmino. *R.* Deo
 grātias.

V. Fidēlium animæ per misericō-
 diam Dei requiéscant in pace.

R. Amen.

Pater noster. *secreto.*

Quo finito, dicit Sacerdos: *V.* Deus
 det nobis suam pacem. *R.* Amen.

Ante Cœnam.

Sacerdos benedicturus mensam incipit
Benedicite, et alii repetunt Benedicite.

Deinde Sacerdos incipit V., et alii
prosequuntur:

*E*dent paúperes, et saturabūntur, et
 laudābunt Dōminum, qui requi-
 runt eum: vivent corda eórum in s̄ae-
 culum s̄eculi.

Glória Patri. Sicut erat.

Kyrie élēison. Christe élēison.
 Kyrie élēison.

Pater noster. *secreto.*

V. Et ne nos inducas in tentatiō-
 nem. *R.* Sed libera nos a malo.

Orēmus.

*B*énedic Dōmine nos, et hæc tua
 dona, quæ de tua largitatē sumus
 sumptūri. Per Christum Dōminum
 nostrum. *R.* Amen.

Jube domine benedicere.

Bened. Ad cœnam vitæ ætérnae
 perdūcat nos Rex ætérnae gloriæ.

R. Amen.

In fine Cœnæ
 dicitur *V.* Memoriām fecit mirabi-
 lium suórum misericors et miserá-

tor Dóminus. R. Escam dedit timéntibus se.

Glória Patri. Sicut erat.

Sacerdos dicat:

Benedictus Deus in donis suis, et
B sanctus in omnibus opéribus suis:
Qui vivit et regnat in sǽcula sǽculorum. R. Amen.

Deinde alternatim dicitur Ps. Laudate Dóminum omnes Gentes. et reliqua ut supra, pag. 83.

Quando semel comeditur, omnia dicuntur ut in cœna.

Prædictus modus benedicendi mensam, et agendi gratias, servatur omni tempore, præterquam diebus infrascripsit, quibus Versiculi et Psalmi tantum variantur.

In Nativitate Domini

usque ad cœnam Vigiliæ Epiphaniae exclusive, dicitur:

V. Verbum caro factum est, allelúja. R. Et habitávit in nobis, allelúja.

Glória Patri.

In fine dicitur:

V. Notum fecit Dóminus, allelúja.
R. Salutare suum, allelúja.

Alia ut supra.

Psalmus 97.

Cantáte Dómino canticum novum:
quia mirabilia fecit.

Salvávit sibi déxtera ejus: et bráchium sanctum ejus.

Notum fecit Dóminus salutare suum: in conspéctu Géntium revelávit justitiam suam.

Recordátus est misericordiæ suæ, et veritatis suæ dómui Israël.

Vidérunt omnes térmimi terræ salutare Dei nostri.

Jubiláte Deo omnis terra: cantáte, et exsultáte, et psálite.

Psálite Dómino in cithara, in cithara et voce psalmi: in tubis ductilibus, et voce tubæ cōrnea.

Jubiláte in conspéctu regis Dómini: moveátur mare, et plenitudo ejus: orbis terrarum, et qui hábitant in eo. Flúmina plaudent manu, simul montes exsultábunt a conspéctu Dómini: quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terrarum in justitia et pôpulos in æquitâte.

Vel Ps. Laudate Dóminum omnes Gentes. pag. 83.

Qui Psalmus semper ad beneplacitum dici potest etiam in aliis Solemnitatibus.

In Epiphania
et per totam Octavam.

V. Reges Tharsis et insulæ mūnera offérunt, alleluja. **R.** Reges Arabum et Saba dona addúcent, alleluja.

Glória Patri.

In fine dicitur:

V. Omnes de Saba vénient, alleluja. **R.** Aurum et thus deferéntes, alleluja.

Glória Patri.

Psalmus 71.

Deus judicium tuum regi da: et iustitiam tuam filio regis:

Judicáre pòpulum tuum in iustitia,
et pauperes tuos in iudicio.

Suscipient montes pacem pòpulo:
et colles iustitiam.

Judicábit pauperes pòpuli, et salvos fáciet filios pauperum: et humiliabit calumniatorem.

Et permanebit cum sole, et ante lunam, in generatióne et generatióne.

Descéndet sicut pluvia in vellus:
et sicut stílicidia stillántia super terram.

Oriétur in diébus ejus iustitia, et

abundántia pacis: donec auferátur luna.

Et dominábitur a mari usque ad mare: et a flúmine usque ad térmilos orbis terrárum.

Coram illo pròcident Aethiopes: et inimici ejus terram lígent.

Reges Tharsis, et insulæ mūnera offérunt: reges Arabum et Saba dona addúcent.

Et adorábunt eum omnes reges terræ: omnes Gentes sérvient ei:

Quia liberábit paúperem a poténte:
et paúperem, cui non erat adjútor.

Parcet paúperi et inopí: et ánimas paúperum salvas fáciet.

Ex usúris et iniquitaté rédimet ánimas eórum: et honorabile nomen eórum coram illo.

Et vivet, et dabitur ei de auro Arábiæ, et adorábunt de ipso semper: tota die benedícent ei.

Et erit firmaméntum in terra in summis móntium, superextolléter super Libanum fructus ejus: et florébunt de civitáte sicut fœnum terræ.

Sit nomen ejus benedictum in sécula: ante solem pérmanet nomen ejus.

Et benedicéntur in ipso omnes tri-

bus terræ: omnes Gentes magnificá-
bunt eum.

Benedictus Dóminus Deus Israël,
qui facit mirabilia solus:

Et benedictum nomen majestatis
eius in æternum: et replébitur maje-
statis eius omnis terra: fiat, fiat.

*Vel Ps. Laudate Dóminum omnes
Gentes. pag. 83.*

Feria V. in Cœna Domini

dicitur absolute et sine nota: **V.** Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem.

*Deinde Pater noster, totum secreto.
Quo dicto, sine pronuntiatione aliqua
Sacerdos signo Crucis benedic mensam:
nec dicitur Jube domine. nec Tu autem.*

*Et in fine repetitur **V.** Christus factus est. ut supra.*

Postea Ps. Miserere mei. pag. 81.

*Quo finito, sine **V.** Glória Patri. se-
creto dicitur Pater noster.*

*Deinde Sacerdos dicit absolute Orati-
onem:*

Oratio.

Réspice, quæsumus Dómine, super
hanc familiam tuam, pro qua Dó-
minus noster Jesus Christus non du-

bitávit manib⁹ tradi nocentium, et
crucis subire tormentum.

*Et non pronuntiatur Qui tecum. nec
Fidélium animæ. sed secreto dicitur
Pater noster. nec additur Deus det
nobis suam pacem.*

In Paracese
*eodem modo fit sicut in Cœna Domini,
sed additur ad **V.** Christus factus
est... Mortem autem crucis.*

Sabbato Sancto
ad benedicendum mensam dicitur:

Benedicite. R. Benedicite.

V. Vespere autem sabbati, quæ
lucescit in prima sabbati, alleluia.
R. Venit Maria Magdaléne, et altera
Maria, videre sepulchrum, alleluia.

Glória Patri. Sicut erat.

*In fine repetitur **V.** Vespere autem.
ut supra, cum Glória Patri. Sicut erat.*

*Ps. Laudate Dóminum omnes Gen-
tes. pag. 83, cum Glória Patri.*

Kyrie eléison. Christe eléison.
Kyrie eléison. et alia ut supra in pri-
ma Benedictione, pag. 80 et 81.

In die Paschæ
*et deinceps usque ad cœnam sequentis
Sabbati, ad benedicendum mensam di-
citur:*

V. Hæc dies quam fecit Dóminus,
alleluja. R. Exsultémus et lætémur
in ea, alleluja. Glória Patri.

*In fine repetitur Hæc dies quam.
cum Glória Patri.*

Psalmus 117.

Confitémimi Dómino quóniam bonus:
quóniam in sǽculum misericórdia
ejus.

Dicat nunc Israël quóniam bonus:
quóniam in sǽculum misericórdia
ejus.

Dicat nunc domus Aaron: quóniam
in sǽculum misericórdia ejus.

Dicant nunc qui timent Dóminum:
quóniam in sǽculum misericórdia
ejus.

De tribulatiōne invocávi Dóminum:
et exaudiuit me in latitúdine Dóminus.

Dóminus mihi adjútor: non timébo
quid faciat mihi homo.

Dóminus mihi adjútor: et ego
despiciam inimícos meos.

Bonum est confidere in Dómino,
quam confidere in homíne:

Bonum est sperare in Dómino,
quam sperare in princípibus.

Omnes Gentes circuérunt me: et
in nómíne Dómini quia ultus sum
in eos.

Circumdántes circumdedérunt me:
et in nómíne Dómini quia ultus sum
in eos.

Circumdedérunt me sicut apes, et
exarsérunt sicut ignis in spinis: et
in nómíne Dómini quia ultus sum
in eos.

Impúlsus evérsus sum ut cáderem:
et Dóminus suscépit me.

Fortítudo mea, et laus mea Dómi-
nus: et factus est mihi in salútē.

Vox exsultatiōnis, et salutis in ta-
bernaculís justórum.

Déxtera Dómini fecit virtutēm:
déxtera Dómini exaltávit me, déx-
tera Dómini fecit virtutēm.

Non móriar, sed vivam: et narrábo
opera Dómini.

Castigávit me Dóminus:
et morti non trádidit me.

Aperite mihi portas justitiæ, in-
grésus in eas confitébor Dómino:
hæc porta Dómini, justi intrábunt in
eam.

Confitébor tibi quóniam exaudisti
me: et factus es mihi in salútē.

Lápidem, quem reprobavérunt aedi-
ficántes: hic factus est in caput án-
guli.

A Dómino factum est istud: et est mirabile in oculis nostris.

Hæc est dies, quam fecit Dóminus: exsultémus, et lætémur in ea.

O Dómine salvum me fac, o Dómine bene prósperáre: benedictus qui venit in nōmine Dómini.

Benediximus vobis de domo Dómini: Deus Dóminus, et illúxit nobis.

Constituítte diem solémnem in condénsis, usque ad cornu altáris.

Deus meus es tu, et confitébor tibi: Deus meus es tu, et exaltábo te.

Confitébor tibi quóniam exaudisti me: et factus es mihi in salútem.

Confítēmini Dómino quóniam bonus: quóniam in sǽculum misericórdia ejus.

In Ascensione Domini usque ad Vigiliam Pentecostes exclusive:

V. Ascéndit Deus in jubilatiōne, alleluja. R. Et Dóminus in voce tubæ, alleluja.

Glória Patri.

In fine dicitur:

V. Ascéndens Christus in altum, alleluja. R. Captivam duxit captivitatem, alleluja.

Glória Patri.

Psalmus 46.

O mnes Gentes plaídite mánibus: jubilate Deo in voce exsultatiōnis.

Quóniam Dóminus excélsus, terribilis: Rex magnus super omnem terram.

Subjécit pópulos nobis: et Gentes sub pédibus nostris.

Elégit nobis hæreditatēm suam: spéciem Jacob, quam diléxit.

Ascéndit Deus in júbilo: et Dóminus in voce tubæ.

Psálliche Deo nostro, psálliche: psálliche Regi nostro, psálliche.

Quóniam Rex omnis terræ Deus: psálliche sapiénter.

Regnabit Deus super Gentes: Deus sedet super sedem sanctam suam.

Príncipes populórum congregati sunt cum Deo Abraham: quóniam dii fortes terræ vehémenter elevati sunt.

Vel Ps. Laudáte Dóminum omnes Gentes. pag. 83.

In Pentecoste.

A Vigilia ejusdem inclusive usque ad cénam sequentis Sabbati exclusive:

V. Spíritus Dómini replévit orbem terrárum, alleluja. R. Et hoc quod

cóntinet ómnia, sciéntiam habet vo-
cis, alleluja.

Glória Patri.

In fine dicitur:

V. Repléti sunt omnes Spíritu
Sancto, alleluja. R. Et cœpérunt lo-
qui, alleluja.

Glória Patri.

Psalmus 47.

M agnus Dóminus, et laudábilis ni-
mis in civitáte Dei nostri, in
monte sancto ejus.

Fundátur exsultatione univérsæ ter-
ræ mons Sion, látera Aquilónis, ci-
vitas Regis magni.

Deus in dómib⁹ ejus cognoscétur,
cum suscipiet eam.

Quóniam ecce reges terræ congre-
gati sunt: convenérunt in unum.

Ipsi vidéntes sic admiráti sunt, con-
turbáti sunt, commoti sunt: tremor
apprehéndit eos.

Ibi dolóres ut parturiéntis: in spíritu
veheménti cónteres naves Tharsis.

Sicut audivimus, sic vídimus in ci-
vitáte Dómini virtútum, in civitáte
Dei nostri: Deus fundávit eam in
aetérnum.

Suscépimus Deus misericórdiam
tuam, in médio templi tui.

Secúndum nomen tuum Deus, sic
et laus tua in fines terræ: justitia
plena est dexterā tua.

Lætetur mons Sion, et exsultent
filiæ Judæ, propter judicia tua Dó-
mine.

Circúmdate Sion, et complectimini
eam: narráte in túribus ejus.

Pónite corda vestra in virtute ejus:
et distribúite domos ejus, ut enarré-
tis in progénie álera.

Quóniam hic est Deus, Deus no-
ster in aetérnum, et in sǽculum sǽ-
culi: ipse reget nos in sǽcula.

*Vel Ps. Laudáte Dóminum omnes
Gentes. pag. 83.*

Alia ut supra.

Orationes ad Ss. Eucharistiam.

*Oratio ad Ss. Sacramentum Altaris
quotidie recitanda.*

Salve, nobilissimum Corpus et pre-
tiosissime Sanguis Dómini mei
Iesu Christi, sub hac panis spécie
vere præsens. Te adóro tali cultu
et devotione, qua novem Angelórum
chori te venerántur et colunt. Coram
te prócedo in spíritu humilitatis, cre-

dens et cónfiteñs, quod tu Dóminus meus et Deus meus vere hic contineáris.

Salve, nobilissimum Corpus Salvatóris mei Iesu Christi, vera hóstia in cruce immoláta. Adóro te in unióne illius adoratiónis, qua Humánitas tuas adorávit Diuitiátēm: et cum affectu totius Universitatis ago tibi grátiās, quod pro salúte nostra sic délitescere dignáris.

Salve, pie Iesu, Verbum Patris, Splendor gloriæ, Fons pietatis, Salus mundi, sacra Hóstia. Salve, Iesu Christe, Splendor Patris, Princeps pacis, Jánua cœli, Panis vivus, Virginis partus, vas Deitatis.

Credo firmissime, quod tu Deus meus hic præsens sis, meque ex hoc Sacraménto intueáris, atque íntima cordis mei perspicias. Credo quod sub hac panis spécie non solum Caro et Sanguis tuus, verum etiám Déitas et Humánitas tua contineántur. Quod licet intelligere néqueam, adeo tamen firmiter credo, quod vitam et sanguinem meum pro ea veritaté profundere parátus sim.

Coram te, o Ss. Sacraméntum, cum summa reveréntia prócido, et cum

ómnibus Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominationib⁹, cum Cherubin⁹ et Seraphin⁹, cumque omni militia cœlestis exérctus hymnum gloriæ tuæ cóncino, dicens: Cénties millies laudétur Sanctissimum Altaris Sacraméntum.

O íntima medúlla paterni cordis, grátiās tibi ago per mútuam gratitudoñem coléndæ semper et adorandæ Trinitatis, pro eo quod hoc inæstimabile Sacraméntum instituisti, per quod cœli et terra reconciliantur, et immensis gratiarum donis perpétuo replémur.

Glorifico et magnifico sapiéntem et benígnam omnipoténtiam tuam: laudo et adóro omnipoténtem et benígnam sapiéntiam tuam; benedico et grátiās ago omnipotenti et sapiénti benignitati tuæ, Christe Iesu, quod prævoluisti, scivisti et dignatus es in salutis nostræ subsidium hoc præmagnificum Sacraméntum instituere.

O única et vera fidúcia ánimæ meæ, Christe Iesu, te laudo, te amo, te colo, te adóro, atque humillime déprecor, ut in hac hora te Deo Patri pro nímiis débitis meis offeras,

sicut te ipsum in cruce pro totius mundi reatu obtulisti.

O Christe Jesu, dulcis et unicus amor meus, oculis piissimae misericordiae tue respice me indignissimum humiliter coram te prostratum, atque peccatorum meorum veniam toto corde poscentem.

O Flos nobilissime de radice Jesse, per ineffabilem amorem prae dulcissimi Cordis tui miserere mei, et recipere me in gratiam tuam, propter gloriam nominis tui.

O Pater amantissime, offero tibi hunc dilectum Filium tuum, in perpetuae laudis tuae holocaustum, et in propitiacionis peccatorum nostrorum juge sacrificium. Respice, queso, in faciem Christi tui, et memento illius copiosissimae satisfactionis, quam tibi pro peccatis nostris pependit in cruce, et miserere nostri. Amen.

Hymnus.

Pange, lingua, gloriösi
Corporis mysterium,
Sanguinisque pretiosi,
Quem in mundi pretium
Fructus ventris generosi
Rex effudit gentium.

Nobis datus, nobis natus
Ex intacta Virgine,
Et in mundo conversatus,
Sparsus Verbi semine,
Sui moras incolatus
Miro clausit ordine.

In supremæ nocte coenæ
Recubens cum fratribus,
Observata lege plene,
Cibis in legibus,
Cibum turbæ duodenæ
Se dat suis manibus.

Verbum caro, panem verum
Verbo carnem efficit:
Fitque sanguis Christi merum,
Et si sensus deficit:
Ad firmandum cor sincerum,
Sola fides sufficit.

Tantum ergo Sacramentum
Veneremur cernui;
Et antiquum documentum
Novo cedat ritui;
Præstet fides supplementum
Sensus defectui.

Genitori, Genitóque
Laus et jubilatio,
Salus, honor, virtus quoque
Sit et benedictio:

Procedenti ab utroque
Compar sit laudatio. Amen.
¶ Panem de cœlo præstisti eis.
¶ Omne delectaméntum in se ha-
bentem.

Orémus.

Deus, qui nobis sub Sacraménto
mirabili passiónis tuæ memóriam
reliquisti, tribue, quæsumus, ita nos
corporis et sanguinis tui sacra my-
stèria venerari: ut redemptiōnis tuæ
fructum in nobis jùgiter sentiāmus.
Qui vivis et regnas in sæcula sæcu-
lorum. Amen.

Indulgētia 300 dierum semel in die.
(24. Aug. 1818.)

Pro Gratiarum Actione.

Hymnus Ss. Ambrosii et Augustini.

(Dicitur vel canitur semper stando, etiam
coram Ss. Sacramento exposito.)

Te Deum laudamus: * te Dóminum
confitimus.

Te ætérnum patrem * omnis terra
venerátur.

Tibi omnes Angeli, * tibi cœli, et
univérsæ potestátes:

Tibi Chérubim et Séraphim * inces-
sábili voce proclámant:
Sanctus, * Sanctus, * Sanctus, * Dó-
minus Deus Sábaoth.

Pleni sunt cœli et terra * majestatis
gloriæ tuæ.

Te gloriósus * Apostolórum chorus,
Te Prophetárum laudábilis núme-
rus,

Te Mártirum candidátus * laudat
exérctus.

Te per orbem terrárum * sancta
confitétur Ecclésia:

Patrem * imménsæ majestatis,
Venerándum tuum verum * et úni-
cum Filium,

Sanctum quoque * Paráclitum Spi-
ritum.

Tu Rex gloriæ, * Christe.

Tu Patris * sempitérnus es Filius.

Tu ad liberándum suscepturus hó-
minem, * non horruisti Virginis úte-
rum.

Tu devicto mortis acúleo, * aperi-
sti credéntibus regna cœlorum.

Tu ad déxteram Dei sedes, * in
glória Patris.

Judex créderis * esse ventúrus.

Te ergo quæsumus (*Hic genuflecti-
tur dupliciter et inclinatur profunde*),

Procedenti ab utroque
Compar sit laudatio. Amen.
¶ Panem de cœlo præstisti eis.
¶ Omne delectaméntum in se ha-
bentem.

Orémus.

Deus, qui nobis sub Sacraménto
mirabili passiónis tuæ memóriam
reliquisti, tribue, quæsumus, ita nos
corporis et sanguinis tui sacra my-
stèria venerari: ut redemptiōnis tuæ
fructum in nobis jùgiter sentiāmus.
Qui vivis et regnas in sæcula sæcu-
lorum. Amen.

Indulgētia 300 dierum semel in die.
(24. Aug. 1818.)

Pro Gratiarum Actione.

Hymnus Ss. Ambrosii et Augustini.

(Dicitur vel canitur semper stando, etiam
coram Ss. Sacramento exposito.)

Te Deum laudamus: * te Dóminum
confitimus.

Te ætérnum patrem * omnis terra
venerátur.

Tibi omnes Angeli, * tibi cœli, et
univérsæ potestátes:

Tibi Chérubim et Séraphim * inces-
sábili voce proclámant:
Sanctus, * Sanctus, * Sanctus, * Dó-
minus Deus Sábaoth.

Pleni sunt cœli et terra * majestatis
gloriæ tuæ.

Te gloriósus * Apostolórum chorus,
Te Prophetárum laudábilis núme-
rus,

Te Mártirum candidátus * laudat
exérctus.

Te per orbem terrárum * sancta
confitétur Ecclésia:

Patrem * imménsæ majestatis,
Venerándum tuum verum * et úni-
cum Filium,

Sanctum quoque * Paráclitum Spi-
ritum.

Tu Rex gloriæ, * Christe.

Tu Patris * sempitérnus es Filius.

Tu ad liberándum suscepturus hó-
minem, * non horruisti Virginis úte-
rum.

Tu devicto mortis acúleo, * aperi-
sti credéntibus regna cœlorum.

Tu ad déxteram Dei sedes, * in
glória Patris.

Judex créderis * esse ventúrus.

Te ergo quæsumus (*Hic genuflecti-
tur dupliciter et inclinatur profunde*),

tuis famulis subveni, * quos pretioso sanguine redemisti.

Æterna fac cum sanctis tuis * in gloria numerari.

Salvum fac populum tuum, Dómine,
* et bénedic haereditati tuæ:

Et rege eos, * et extolle illos usque in æternum.

Per singulos dies * benedicimus te.
Et laudamus nomen tuum in sæculum, * et in sæculum sæculi.

Dignare, Dómine, die isto * sine peccato nos custodire.

Miserere nostri, Dómine, * miserere nostri.

Fiat misericordia tua, Dómine, super nos, * quemadmodum speravimus in te.

In te, Dómine, speravi: * non confundar in æternum.

V. Benedicamus Patrem et Filium cum Sancto Spiritu. R. Laudemus, et superexaltemus eum in sæcula.

Orémus.

Déus, cuius misericordiae non est númerus, et bonitatis infinitus est thesaurus: piissimæ Majestati tuæ pro collatis donis grátiás ágimus, tuam semper cleméntiam exorántes;

ut, qui peténtibus postuláta concédis; eósdem non déserens, ad præmia futura dispónas. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Oratio ad Ss. Nomen Jesu.

O bone Jesu, o piissime Jesu, o dulcissime Jesu, o Jesu, Fili Dei et Mariae Virginis, plene misericordia et pietate. O dulcis Jesu, secundum magnam misericordiam tuam miserere mei. O clementissime Jesu, per pretiosum illum sanguinem, quem pro peccatóribus effudisti, déprecorte ut ábluas omnes iniquitátes meas, et me miserum et indignum, humiliiter véniam peténtem et hoc sanctum Nomen Jesu invocátem respicias. O Nomen Jesu, Nomen delectabile! Nomen Jesu, Nomen amabile! Quid est enim Jesus, nisi Salvátor? ergo Jesu, propter Nomen sanctum tuum esto mihi Jesus, et salva me. Ne permittas me damnari, quem pretioso sanguine tuo redemisti. O bone Jesu, ne perdat me iniquitas mea, quem fecit omnipotens bónitas tua. O benignissime Jesu, miserere mei, dum tempus est miserendi, ne damnes me, cum tempus est judicandi. O

piissime Jesu, si me damnare velit
tua sevra justitia, appello et confugio
ad tuam piissimam misericordiam.
O amantissime Jesu, o desideratissime
Jesu, o mitissime Jesu, o Jesu,
Jesu, Jesu, suscipe me in numerum
electorum tuorum. O Jesu, salus in
te credentium, o Jesu, fiducia ad te
confugientium, o Jesu, dulcedo te
amantium; fac ut diligam te, tibique
fideliter adhaream, et post hanc misera-
seram miseriari feliciter ad te per-
veniam. Amen.

Litaniæ Ss. Nominis Jesu.

Indulgencia 300 dierum semel in die has
Litanias cum adnexis precibus devote reci-
tantibus. (Leo XIII., Decretu 16. Jan. 1886.)

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Jesu, audi nos.

Jesu, exaudi nos.

Pater de cœlis Deus, miserere nobis.

Fili, Redemptor mundi, Deus,

Spiritus Sancte Deus, miserere.

Sancta Trinitas unus Deus, miserere.

Jesu, Fili Dei vivi, miserere.

Jesu, splendor Patris, miserere.

Jesu, candor lucis æternæ, miserere.
Jesu, Rex gloriæ, miserere.
Jesu, sol justitiae, miserere.
Jesu, Fili Mariæ Virginis, miserere.
Jesu amabilis, miserere.
Jesu admirabilis, miserere.
Jesu, Deus fortis, miserere.
Jesu, pater futuri sæculi, miserere.
Jesu, magni consilii Angele, miserere.
Jesu potentissime, miserere.
Jesu patientissime, miserere.
Jesu obedientissime, miserere.
Jesu, mitis et humilis corde, miserere.
Jesu, amator castitatis, miserere.
Jesu, amator noster, miserere.
Jesu, Deus pacis, miserere.
Jesu, auctor vitae, miserere.
Jesu, exemplar virtutum, miserere.
Jesu, zelator animarum, miserere.
Jesu, Deus noster, miserere.
Jesu, refugium nostrum, miserere.
Jesu, pater pauperum, miserere.
Jesu, thesaure fidelium, miserere.
Jesu, bone pastor, miserere.
Jesu, lux vera, miserere.
Jesu, sapientia æterna, miserere.
Jesu, bonitas infinita, miserere.
Jesu, via et vita nostra, miserere.
Jesu, gaudium Angelorum, miserere.
Jesu, Rex Patriarcharum, miserere.

Jesu, Magíster Apostolórum,
miserére.
 Jesu, Doctor Evangelistárum,
miserére.
 Jesu, fortitudo Mártyrum, miserére.
 Jesu, lumen Confessórum, miserére.
 Jesu, púritas Virginum, miserére.
 Jesu, coróna Sanctórum ómnium,
miserére.
 Propitius esto, parce nobis, Jesu.
 Propitius esto, exaudi nos, Jesu.
 Ab omni malo,
libera nos, Jesu.
 Ab omni peccáto,
libera.
 Ab ira tua,
libera.
 Ab insidiis diáboli,
libera.
 A spiritu fornicationis,
libera.
 A morte perpétua,
libera.
 A negléctu inspirationum tuárum,
libera.
 Per mystérium sanctæ Incarnationis tuae,
libera.
 Per nativitatem tuam, libera.
 Per infántiam tuam, libera.
 Per divinissimam vitam tuam, libera.
 Per labores tuos, libera.
 Per agoniam et passióнем tuam,
libera.
 Per crucem et derelictionem tuam,
libera.
 Per languóres tuos, libera.

Per mortem et sepultúram tuam,
libera.
 Per resurrectiōnem tuam, libera.
 Per ascensiōnem tuam, libera.
 Per gaúdia tua, libera.
 Per glóriam tuam, libera.
 Agnus Dei, qui tollis peccáta
mundi, parce nobis, Jesu.
 Agnus Dei, qui tollis peccáta
mundi, exaudi nos, Jesu.
 Agnus Dei, qui tollis peccáta
mundi, miserére nobis, Jesu.
 Jesu, audi nos.
 Jesu, exaudi nos.

Orémus.

Dómine Jesu Christe, qui dixisti:
 Pétite et accipiétis; quærite et
 invenietis; pulsáte et aperiétur vobis,
 quæsumus, da nobis peténtibus di-
 vinissimi tui amoris affectum, ut te
 toto corde, ore et opere diligámus et
 a tua numquam laude cessémus.

Sancti Nóminis tui, Dómine, timó-
 rem páriter et amorem fac nos ha-
 bére perpétuum, quia numquam tua
 gubernatióne destituis, quos in soli-
 ditáte tuæ dilectionis instituís. Qui
 vivis et regnas in sǽcula sǽculórum.

R. Amen.

Salutatio Ss. Cordis Jesu.

Salve, cor Jesu dulcissimum, suavissimum Ss. Trinitatis organum. Salve cor Jesu mellifluum, omnis bonitatis et gratiae vivum profluvium. Salve, cor Jesu amantissimum, omnium divitiarum Dei nobilissimum Triclinium. Millies et millies benedico, et saluto te in divina bonitate, quae fons et origo, ex qua omnis bonitas et misericordia scaturit. O nobile et pretiosum cor Jesu Christi, per mutuam gratitudinem colendae Trinitatis saluto et adoro te in abundantia omnium gratiarum, quae effluixerunt, et sine fine effluent in omnes sanctas et devotas animas, quas toties irrigasti et inebrasti torrente divinæ voluntatis tuæ.

O cor Jesu, cor dulce, O cor Jesu, cor suave, cor Jesu, cor amabile. O cor manans dulcedine, redundans pietate, supereffluens caritate. Intuam intimam medullam immergo meum spiritum, et in profundo tuæ misericordiae sepelio totum pondus iniquitatis et negligentiæ meæ. Tibi offero omnes meos labores et sudores: tibi dedito omnes meas angu-

stias et miseras: tibi commendo vitam et finem vitae meæ. O cor, thyma dulcissimum, incensum suavissimum, sacrificium dignissimum: offer temetipsum super reconciliacionis humanae altare aureum, in supplementum omnium meorum, quos vixi diorum, in quibus Deo non detuli fructum.

Benedico te, cor Jesu nobilissimum, in illo amore, quo a Spiritu Sancto ex castissimo Mariæ Virginis sanguine es creatum. Glorifico te, cor Jesu dulcissimum, illo amore, quo a Sanctissima Trinitate omnibus celestibus bonis es decoratum. Magnifico te, cor Jesu mitissimum, in illo amore, quo semper erga genus humano aristi. Venero te, cor Jesu benignissimum, illo amore, quo in cruce moriens disruptum fuisti. Collaudo te, cor Jesu fidissimum, in illo amore, quo lancea transverbeari, sanguinemque et aquam distillare voluisti.

Te igitur, o superdignissima Trinitas, per illud superbenedictum cor laudo, glorifico et benedico, quod potueris, sciveris, atque volueris huic nobilissimo cordi tam multiplicia do-

na, gratiarūmque abundātiam confere: et summo, quo possum, affēctu et reverēntia offero tuæ suprēmæ Majestati idipsum cor dulcissimum, ac unice dignissimum in ea dignitatē, qua plenum est divina gratitūdine, ac omnimodæ beatitūdinis perfectiōne, superexcéllens in perpétuum: orans, ut per illud ipsum supplere, ac perfēcte restaurare digneris, quidquid mali commisi, et in omni bono negligēxi. Amen.

Litaniæ de Sacro Corde Jesu.

Indulgentia 300 dierum hujusmodi. Litaniæ cum adnexis precibus tum privatum tum publice devote recitantibus vel decantantibus. (Leo XIII., Decreto *Urbis et Orbis*, die 2. Aprilis 1899.)

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Christe, audi nos.

Christe, exaudi nos.

Pater de cœlis Deus, miserere nobis.

Fili, Redémptor mundi Deus, miserere

Spiritus Sancte Deus, miserere

Sancta Trinitas, unus Deus, miserere

Cor Jesu, Filii Patris æterni, miserere.

Cor Jesu, in sinu Vírginis Matris a

Spiritu Sancto formátum, miserere.

Cor Jesu, Verbo Dei substancialiter unitum, miserere.

Cor Jesu, Majestatis infinitæ, miserere.

Cor Jesu, Templum Dei Sanctum, miserere.

Cor Jesu, Tabernaculum Altissimi, miserere.

Cor Jesu, Domus Dei et porta celi, miserere.

Cor Jesu, fornax ardens caritatis, miserere.

Cor Jesu, justitiæ et amoris receptaculum, miserere.

Cor Jesu, bonitate et amore plenum, miserere.

Cor Jesu, virtutum omnium abyssum, miserere.

Cor Jesu, omni laude dignissimum, miserere.

Cor Jesu, rex et centrum omnium cordium, miserere.

Cor Jesu, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ et scientiæ, miserere.

Cor Jesu, in quo habitat omnis plenitudo divinitatis, miserere.

Cor Jesu, in quo Pater sibi bene complacuit, miserere.

Cor Jesu, de cuius plenitudine omnes nos accépimus, miserere.

Cor Jesu, desidérium cōlliūm
aēternórum, miserére.
Cor Jesu, pātiens et multæ
misericordiæ, miserére.
Cor Jesu, dives in omnes qui
invocant Te, miserére.
Cor Jesu, fons vitæ et sancti-
tatis, miserére.
Cor Jesu, propitiatiō pro pec-
cātis nostris, miserére.
Cor Jesu, saturatūm oppro-
brii, miserére.
Cor Jesu, attritum propter scē-
lera nostra, miserére.
Cor Jesu, usque ad mortem
obēdiens factum, miserére.
Cor Jesu, lāncea perforatūm,
miserére.
Cor Jesu, fons totius consola-
tiōnis, miserére.
Cor Jesu, vita et resurrectiō
nostra, miserére.
Cor Jesu, pax et reconciliatiō
nostra, miserére.
Cor Jesu, victima peccatorum,
miserére.
Cor Jesu, salus in Te sperān-
tium, miserére.
Cor Jesu, spes in Te moriē-
tium, miserére.

Cor Jesu, deliciæ Sanctórum
ómniū, miserére.
Agnus Dei, qui tollis peccáta
mundi, parce nobis, Dómine.
Agnus Dei, qui tollis peccáta
mundi, exaudi nos, Dómine.
Agnus Dei, qui tollis peccáta
mundi, miserére nobis.
¶. Jesu, mitis et hūmilis Corde,
¶. Fac cor nostrum secundum Cor
tuum.

Orémus.

Omnipotens sempiterne Deus, ré-
spice in Cor dilectissimi Filii tui,
et in laudes et satisfactiōnes, quas in
nōmine peccatorum tibi persolvit, iis-
que misericordiam tuam petētibus,
tu véniam concéde placatus, in nō-
mine ejusdem Filii tui Jesu Christi,
qui tecum vivit et regnat in unitate
Spiritus Sancti Deus, per ómnia sā-
cula sæculorūm. Amen.

Omnis Christifideles qui prima feria sex-
ta eūjusque mensis, dummodo confessi ac
S. Synaxi refecti, infinitam Ssni Cordis
Jesu caritatem pia meditatione recoluerint,
et aliquamdiu ad mentem Summi Pontificis
devote oraverint, Indulgentiam plenariam
consequuntur; ceteris vero feris sextis per
annum, si præfata præstiterint, Indulgen-
tiam septem annorum totidemque quadra-

genarum lucrantur. (Leo XIII., Rescripto
diei 7. Septembris 1897.)

Litaniæ Lauretanæ B. Mariæ Virg.

Indulgentia 300 dierum toties quoties.
(Pius VII., Decr. 30. Sept. 1817.)

Kyrie eléison. Christe eléison.

Kyrie eléison.

Christe, audi nos.

Christe, exaudi nos.

Pater de cœlis Deus, miserére nobis.

Fili, Redémptor mundi Deus, mis.

Spiritus Sancte Deus, miserére.

Sancta Trinitas unus Deus, miserére.

Sancta Maria, ora pro nobis.

Sancta Dei Génitrix, ora.

Sancta Virgo Virginum, ora.

Mater Christi, ora.

Mater divinæ gratiæ, ora.

Mater purissima, ora.

Mater castissima, ora.

Mater inviolata, ora.

Mater intemerata, ora.

Mater amabilis, ora.

Mater admirabilis, ora.

Mater boni Consilii, ora.

Mater Creatoris, ora.

Mater Salvatoris, ora.

Virgo prudentissima, ora.

Virgo veneranda, ora.

Virgo prædicanda, ora.

Virgo potens, ora.

Virgo clemens, ora.

Virgo fidélis, ora.

Spéculum justitiæ, ora.

Sedes sapiéntiæ, ora.

Causa nostræ lætitiæ, ora.

Vas spirituále, ora.

Vas honorabile, ora.

Vas insigne devotionis, ora.

Rosa mýstica, ora.

Turris Davídica, ora.

Turris ebúrnea, ora.

Domus aúrea, ora.

Fœderis arca, ora.

Jánua cœli, ora.

Stella matutina, ora.

Salus infirmorum, ora.

Refúgium peccatorum, ora.

Consolátrix afflictorum, ora.

Auxilium Christianorum, ora.

Regina Angelorum, ora.

Regina Patriarcharum, ora.

Regina Prophetarum, ora.

Regina Apostolorum, ora.

Regina Martyrum, ora.

Regina Confessorum, ora.

Regina Virginum, ora.

Regina Sanctorum ómnium, ora.

Regina, sine labe originali con-

cépta, ora.

Regina sacratissimi Rosárii, ora.
 Agnus Dei, qui tollis peccáta
 mundi, parce nobis, Dómine.
 Agnus Dei, qui tollis peccáta
 mundi, exaúdi nos, Dómine.
 Agnus Dei, qui tollis peccáta
 mundi, miseré nobis.
 R. Ora pro nobis sancta Dei Gé-
 nitrix. R. Ut digni efficiámur pro-
 missiónibus Christi.

Orémus.

Concédé nos fámulos tuos, quás-
 mus Dómine Deus, perpétua men-
 tis et cōporis sanitáte gaudére: et
 gloriósā beaté Maríæ semper Virgi-
 nis intercessióne, a præsénti liberari
 tristitia, et aeterna pérfrui lætitia.
 Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Litania Sanctorum cum precibus.

Kýrie eléison.
 K Christe eléison.
 Kýrie eléison.
 Christe, audi nos.
 Christe, exaúdi nos.
 Pater de cœlis Deus, miseré nobis.
 Fili, Redémptor mundi Deus, mis-
 Spíritus Sancte Deus, miseré.
 Sancta Trinitas unus Deus, miseré.

Sancta María,	ora pro nobis.
Sancta Dei Génitrix,	ora.
Sancta Virgo virginum,	ora.
Sancte Michaël,	ora.
Sancte Gábriél,	ora.
Sancte Ráphaél,	ora.
Omnes sancti Angeli et Arch- ángeli,	oráte pro nobis.
Omnes sancti beatórum Spir- itu m órdines,	oráte.
Sancte Joánnes Baptista,	ora.
Sancte Joseph,	ora.
Omnes sancti Patriárchæ et Prophétæ,	oráte.
Sancte Petre,	ora.
Sancte Paule,	ora.
Sancte Andréa,	ora.
Sancte Jacóbe,	ora.
Sancte Joánnes,	ora.
Sancte Thoma,	ora.
Sancte Jacóbe,	ora.
Sancte Philippe,	ora.
Sancte Bartholomæ,	ora.
Sancte Matthæe,	ora.
Sancte Simon,	ora.
Sancte Thaddæe,	ora.
Sancte Mathiá,	ora.
Sancte Bárnbaba,	ora.
Sancte Luca,	ora.
Sancte Marce,	ora.

Omnis sancti Apóstoli et Evangelistæ, oráte.
 Omnes sancti Discipuli Dómini, oráte.
 Omnes sancti Innocéntes, oráte.
 Sancte Stéphane, ora.
 Sancte Laurénti, ora.
 Sancte Vincénti, ora.
 Sancti Fabiáne et Sebastiáne, ora.
 Sancti Joánnes et Paule, ora.
 Sancti Cosma et Damiáne, ora.
 Sancti Gervási et Protási, ora.
 Omnes sancti Mártires, ora.
 Sancte Silvéstera, ora.
 Sancte Gregórii, ora.
 Sancte Ambrósii, ora.
 Sancte Augustíne, ora.
 Sancte Hierónyme, ora.
 Sancte Martíne, ora.
 Sancte Nicoláe, ora.
 Omnes sancti Pontifices et Confessóres, ora.
 Omnes sancti Doctóres, ora.
 Sancte Antóni, ora.
 Sancte Benedicte, ora.
 Sancte Bernárde, ora.
 Sancte Dominice, ora.
 Sancte Francísce, ora.
 Omnes sancti Sacerdótes et Levítæ, ora.

Omnis sancti Mónachi et Eremitæ, oráte.
 Sancta María Magdaléna, ora.
 Sancta Agatha, ora.
 Sancta Lúcia, ora.
 Sancta Agnés, ora.
 Sancta Cæcilia, ora.
 Sancta Catharina, ora.
 Sancta Anastásia, ora.
 Omnes sanctæ Virgines et Víduæ, ora.
 Omnes Sancti et Sanctæ Dei, intercédite pro nobis.
 Propítius esto, parce nobis, Dómine.
 Propítius esto, exaudi nos, Dómine.
 Ab omni malo, libera nos, Dómine.
 Ab omni peccáto, libera.
 Ab ira tua, libera.
 A subitánea et improvisa morte, libera.
 Ab insidiis diáboli, libera.
 Ab ira, et ódio, et omni mala voluntáte, libera.
 A spíritu fornicatiónis, libera.
 A fúlgure et tempestáte, libera.
 A flagélo terræmotus, libera.
 A peste, fame, et bello, libera.
 A morte perpétua, libera.
 Per mystérium sanctæ Incarnationis tuæ, libera.

Per advéntum tuum, libera.
 Per Nativitátem tuam, libera.
 Per Baptísmum et sanctum Je-
 júnium tuum, libera.
 Per Crucem et Passiónem tu-
 am, libera.
 Per Mortem et Sepultúram
 tuam, libera.
 Per sanctam Resurrectiōnem
 tuam, libera.
 Per admirábilem Ascensiōnem
 tuam, libera.
 Per advéntum Spiritus Sancti
 Parácliti, libera.
 In die judicii, libera.
 Peccatóres, te rogámus audi nos.
 Ut nobis parcas, te rogámus.
 Ut nobis indúlgeas, te rogámus.
 Ut ad veram poeniténtiam nos
 perducere dignérис, te rogámus.
 Ut Ecclésiam tuam sanctam ré-
 gere, et conservare dignérис,
 te rogámus.
 Ut Domnum Apostólicum, et
 omnes ecclesiásticos órdines
 in sancta religiōne conser-
 vare dignérис, te rogámus.
 Ut inimicós sanctae Ecclésiae
 humiliare dignérис, te rogámus.

Ut Régibus et Princípibus Chri-
 stiánis pacem et veram con-
 córdiam donare dignérис,
 te rogámus.
 Ut cuncto pópulo Christiáno
 pacem et unitátem largiri
 dignérис, te rogámus.
 Ut nosmetipso in tuo sancto
 servitio confortare, et con-
 servare dignérис, te rogámus.
 Ut mentes nostras ad cœlestia
 desidéria érigas, te rogámus.
 Ut ómnibus benefactóribus no-
 stris sempitérna bona retrí-
 buas, te rogámus.
 Ut ánimas nostras, fratrum,
 propinquórum, et benefactó-
 rum nostrorum ab aeterna
 damnatione eripias, te rogámus.
 Ut fructus terræ dare, et con-
 servare dignérис, te rogámus.
 Ut ómnibus fidélibus defunetis
 réquiem aeternam donare di-
 gnérис, te rogámus.
 Ut nos exaudire dignérис, te rogámus.
 Fili Dei,
 Agnus Dei, qui tollis peccata
 mundi, parce nobis, Dómine.
 Agnus Dei, qui tollis peccata
 mundi, exaudi nos, Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.
Christe, audi nos.

Christe, exaudi nos.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster. *secreto.*

V. Et ne nos inducas in tentationem. R. Sed libera nos a malo.

Psalmus 69.

Deus, in adjutorium meum intende:
Dómine, ad adjuvandum me festina.

Confundantur, et revereantur, qui querunt animam meam.

Avertantur retrorsum, et erubescant, qui volunt mihi mala.

Avertantur statim erubescentes, qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exsultent et lætentur in te omnes qui querunt te: et dicant semper: Magnificetur Dóminus: qui diligunt salutare tuum.

Ego vero egénuis, et pauper sum: Deus, adjuva me.

Adjutor meus, et liberátor meus es tu: Dómine, ne moreris.

Glória Patri, etc.

Sicut erat, etc.

V. Salvos fac servos tuos. R. Deus meus, sperantes in te.

V. Esto nobis, Dómine, turris fortitudinis. R. A facie inimici.

V. Nihil proficiat inimicus in nobis. R. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.

V. Dómine, non secundum peccata nostra facias nobis. R. Neque secundum peccata nostra retribuas nobis.

V. Orémus pro Pontifice nostro N. R. Dóminus consérvet eum, et vivificet eum, et beatum faciat eum in terra, et non tradat eum in ánimam inimicorum ejus.

V. Orémus pro benefactóribus nostris. R. Retribuere dignare, Dómine, omnibus nobis bona faciéntibus proper nomen tuum vitam æternam. Amen.

V. Orémus pro fidélibus defunctis. R. Réquiem æternam dona eis, Dómine, et lux perpetua luceat eis.

V. Requiescant in pace. R. Amen.

V. Pro frátribus nostris abséntibus. R. Salvos fac servos tuos, Deus meus, sperantes in te.

V. Mitte eis, Dómine, auxilium de sancto. R. Et de Sion tuére eos.

V. Dómine exaudi orationem meam. **R.** Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Oratio.

Deus, cui pròprium est miseréti semper et párcere: suscipe deprecationem nostram: ut nos, et omnes fámulos tuos, quos delictórum caténa constringit, miseratió tuæ pietatis cleménter absolvat.

Exaudi, quæsumus Dómine, suppli- cum preces, et confitentium tibi parce peccátis: ut páriter nobis indulgentiam tribuas benignus, et pacem.

In effabilem nobis, Dómine, miseri- códiam tuam cleménter osténde: ut simul nos et a peccátis ómnibus exuas, et a pœnis, quas pro his merémur, eripias.

Deus, qui culpa offénderis, pœni- tentia placáris, preces populi tui supplicántis propitius respice: et flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccátis nostris merémur, avérte.

Omnipotens, sempiterne Deus, mi- seré fámulo tuo Pontifici nostro N., et dirige eum secundum tuam

cleméntiam in viam salutis æternæ: ut te donante tibi plácita cúpiat, et tota virtute perficiat.

Deus, a quo sancta desidéria, recta consilia, et justa sunt ópera, da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem: ut et corda nostra mandatis tuis dédita, et hóstium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla.

Utre igne Sancti Spíritus renes nostros et cor nostrum, Dómine: ut tibi casto corpore serviámus, et mundo corde placeámus.

Fidélium, Deus, ómnium Cónditor et Redémptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissiónem cunctórum tribue peccatórum: ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur.

Actiones nostras, quæsumus Dómine, adspirando præveni, et adjuvando proséquere: ut cuncta nostra oratio, et operatio a te semper incipiatur, et per te coepta finiatur.

Omnipotens, sempiterne Deus qui vivórum domináris simul et mortuórum, omniúmque miseréris, quos

tuos fide et ópere futuros esse prænoscis: te supplices exoramus: ut pro quibus effundere preces decrevimus, quosque vel præsens sæculum adhuc in carne rétinet, vel futurum jam exutus corpore suscepit, intercedentibus omnibus Sanctis tuis, pietatis tuæ cleméntia, omnium delictorum suorum véniam consequántur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.

R. Amen.

V. Dóminus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

V. Exaudiat nos omnipotens et misericors Dóminus. R. Amen.

V. Et fidélium animæ per misericordiam Dei requiéscant in pace.
R. Amen.

Oratio a Papa Urbano VIII. edita.

Ante oculos tuos, Dómine, culpas nostras ferimus, et plagas quas accépimus conférimus.

Si pensámus malum quod fecimus, minus est quod pátimur, majus est quod merémur.

Grávius est quod commisimus, levius est quod tolerámus.

Peccati pœnam sentimus, et peccandi pertinaciam non vitámus.

In flagellis tuis infirmitas nostra téritur, et iniquitas non mutátur.

Mens ægra torquétur, et cervix non fléctitur.

Vita in dolore suspírat, et in ópere non se emédat.

Si exspéctas, non corrígimur: si vindicas, non durámus.

Confitémur in correctione, quod égimus: oblivisciur post visitatió nem quod flévimus.

Si exténderis manum, facienda promittimus: si suspénderis gládium: promissa non sólvimus.

Si ferias, clamámus ut parcas: si pepérceris, iterum provocámus ut ferias.

Habes Dómine confitentes reos: nòvimus quod nisi dimittas, recte nos périmas.

Præsta Pater omnipotens sine mérito quod rogámus, qui fecisti ex nihil qui te rogárent. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

V. Gregem tuum Pastor æterne non déseras. R. Sed per beatos

Apóstolos tuos perpetua defensiōne custódias.

V. Prótege Dómine pópulum tuum ad te clamántem, et Apostolorum tuorum patrocínio confidéntem. **R.** Perpetua defensiōne custódias.

V. Oráte pro nobis sancti Apóstoli Dei. **R.** Ut digni efficiámur promisióibus Christi.

Oratio.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus, ut nullis nos permittas perturbationibus concuti, quos in Apostolicæ confessiōnis petra solidasti. Per Dóminum nostrum.

Preces Vespertinæ.

Ant. Veni, Sancte Spiritus, repletum corda fidélium et tui amoris in eis ignem accende.

V. Emitte Spíritum tuum et creabuntur. **R.** Et renovábis fáciem terræ.

Orémus.

Deus, qui corda fidélium Sancti Spíritus illustratione docuisti, da nobis in eódem Spíritu recta sapere et de ejus semper consolatiōne gaudere. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen. Ave María etc.

Age gratias Deo pro omnibus in te collatis gratis et beneficiis, et speciatim pro eo quod Iesum Christum tibi dedit in Salvatorem et Beatam Virginem in Matrem, teque sacerdotali dignitate insignivit. Ter Glória Patri.

Dein examina conscientiam tuam et perpende omnes a te hodie admissas culpas, Dominumque sincero corde precare, ut illas tibi condonet.

Peracto examine, recita actus christianos et cæteras, que sequuntur, preces.

Actus christiani.

Mi Deus, Véritas fallere et falli néscia credo quidquid sancta Ecclésia mihi credéndum propónit, quia tu ei illud revelásti. Credo, te esse Deum meum, Creatorem rerum omnium; credo te æternum remunerare justos Paradiso; punire autem peccatóres inférno. Credo te esse unum in esséntia, et trinum in personis, Patrem et Fílium et Spíritum Sanctum. Credo Incarnationem, Passiōnem et Mortem Jesu Christi. Credo demum quodcumque credit sancta Mater Ecclésia. Gratiás ago tibi, quod me Christianum fieri volueris; et in hac sancta Fide vivere me velle et mori profiteor.

Mi Deus, tuis promissis confisus,
quia fidélis, potens et miséricors es,
spero, per mérita Jesu Christi, pec-
catorum meórum véniam, perseve-
rántiam usque in finem, et beatam
Paradisi gloriā.

Mi Deus, quia infinita Bónitas es
et infinito dignus amóre, amo te ex
toto corde meo super ómnia. Toto
corde dóleo de ómnibus peccátis meis,
éaque mihi displicent quia offéndi te,
Bonitátem infinitam. Tua adjútus
gratia, quam ut nunc et semper mihi
concédas oro, mori pótius quam tibi
in póstero displicere státuo. Insuper
mihi propóno uti sanctis Sacraméntis,
in vita et in morte.

(Indulg. 7 annorum et 7 quadrag. t. q.; plena-
ria semel in mense, die arbitrario, si quo-
tidie recitatur.
Ind. plen. in articulo mortis.
Benedictus PP. XIV. 28. Jan. 1756.)

Litaniae Lauretanæ. (Pag. 116.)

*Ad obtinendam gratiam perseveran-
tiae recitetur Salve Regina.*

X. Dignare me laudare te, Virgo
sacrata. R. Da mihi virtútem contra
hostes tuos.

Orémus.

Défende quæsumus Dómine, beatá
María semper Vírgine interce-

dénte, istam ab omni adversitaté fa-
miliam, et toto corde tibi prostrátam
ab hóstium propitiós tuére cleménter
insidiis. Per Christum Dóminum no-
strum. Amen.

* Oratio

ad petendam gratiam bonæ mortis.

Dómine Jesu Christe, per illam ama-
ritudinem quam sustinuit nobis-
sima áнима tua, quando egréssa
est de benedicto cörpore tuo, misé-
rére ánimæ meæ peccatricis, quando
egrediétur de cörpore meo. Amen.

* Oratio pro animam agentibus.

O clementissime Jesu, amátor ani-
márum, obsecro te per agoniam
Cordis tui sanctissimi et per dolores
Matris tuæ immaculátæ, lava in Sán-
guine tuo peccatóres totius mundi
nunc pósitos in agonia et hodie mori-
rituros. Amen.

Cor Jesu, in agonia factum, misé-
rére morientium.

(Indulg. 100 diérum t. q. Pius PP. IX. 12.
Febr. 1850.)

Postremo, commenda te Deo ac Dei
paræ Virgini, per sequentem orationem:
Dómine Deus, grárias ago tibi quod
me hac die servásti, et precor te ut

me hac etiam nocte incolumem servare, ab omnique malo protegere digneris. Volo quietem nunc sumere, ut tibi complacem; quoties autem respirabo, toties renovare intendo actus amoris et laudis, actusque mei famulatus, quemadmodum Sancti et electi in celis eosdem hos actus elicunt.

VERITATIS

Mater mea, Maria, benedic mihi, et recipere me sub tegmen tutelae tuae; et tu quoque, Angele sancte, qui mei custodiæ deputatus es, et vos omnes, sancti Patroni mei, intercedite pro me. Amen.

*Ter Ave Maria in honorem puritatis
B. Virg. Marie, ad petendam gratiam
sanctae puritatis.*

Benedicta sit sancta, immaculata et purissima B. Virginis Mariae Dei Genitricis Concepcion!

(Indulg. 300 dierum t. q. Leo PP. XIII. 5. Sept. 1878.)

Exercitium Vespertinum.

Priusquam decubitum eas, ante aliquam devotam Jesu Christi imaginem genuflexus sequentia servabis.

Per signum Crucis de inimicis nostris....

1. *Gratias age pro beneficiis a Deo tibi praecipue in hac die collatis.*

2. *Lumen ad dignoscendos quosque defectus in eadem die commissos expostula, dicens:*

Dómine Deus meus, ómnium largitor bonorum, in quem credo, in quem spero, te adoro, et toto corde te diligó; atque ex intimis cordis mei visceribus tibi grárias ago, qui me ad imáginem tuam fecisti, pretioso Filii tui sanguine redemisti, ad admirabile fidei lumen, et ad dignitatem sacerdotalem me indignum vocasti, et usque modo conservasti: te supplex oro, ut notum mihi facias quidquid hac die peccáverim verbo, cogitatione, opere et omissione præsértim circa passionem N. et contra virtutem N., atque de omnibus meis delictis et peccatis veram contritionem ac emendationis propósitum mihi concedas. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

3. *Deinde conscientiam discute sequentibus interrogationibus.*

Quomodo me gessi circa passionem N.?

Item circa virtutem N.?

Exercitium matutinum et meridiánum cum réliquis devótis áctibus perféci íntegre, atténte ac devóte?

Hora conveniente surréxi prompte, decénter, ánimo collecto?

Média efficácia ad vincéndam pas-
sionem dominántem omisi?

Meditationem feci cum débitis an-
notationibus? ATIS

Missam celebrávi cum præpara-
tione, rubricarum observantia, gratiárum actione?

Horas canónicas recitávi distincete,
attente, devóte, tempore præscripto?

Stúdium hábui de rebus morálibus,
litúrgicis, prædicabilibus?

Sensus cohíbui, nempe visum, au-
ditum...?

Linguam frenávi, abstínendo a ver-
bis perversis, otiosis, indiscretis?

Passiónibus inordinatis résisti, mó-
tibus scilicet supérbiæ, iræ, luxuriæ,
desidiae?

In conversationibus servávi prudén-
tiam, caritatem, finis rectitudinem?

In ecclésia servávi decorem, silén-
tium, modéstiam?

Domus curam gessi, necessária dis-
ponendo, domésticos vigilando, et cum
caritatem monendo vel corrigendo?

Dei præsentiam frequenter in men-
tem revocare curávi?

Hora sonante Deiparam salutávi,
communiónem spirituálem feci?

Lectionem spirituálem hábui cum
applicatione et ánimo proficiéndi?

In mensa servávi temperántiam,
benedictiónem, gratiarum actionem?

Alium defectum commisi?

4. *De culpis admissis vehementer
dole, veniam pete, emendationem pro-
pone, dicens:*

Miserére mei, Deus, secundum magna-
nam misericordiam tuam; vehementer enim dôle de omnibus peccatis
meis; me pénitet te offendisse, quia summa et infinita es bónitas: tua ad-
jútus grátia, non amplius peccare pro-
póno, te offendéndi occasiones vitare,
omnes defectus et præcipue N. N.
emendare.

5. *Communionem spiritualem fac,
atque gratiam in Domino quiescendi,
ceterasque tibi convenientes ab ipso
postula.*

*Deinde dices Pater, Ave et Credo,
orationem:*

Virgo et Mater Dei, me tibi offero
in filium, atque in honorem puritatis
tuæ offero etiam oculos meos, audi-

tum, linguam, manus, pedes, totum corpus meum et ánimam meam, te que suppliciter exóro ut grátiam mihi ímpetres in pósterum non peccándi.
Ter Ave Maria et Gloria Patri.

Per tuam sanctam virginitátem et immaculátam conceptionem, Mater Puríssima, emúnda spíritum meum et carnem meam.

Ad Angelum custodem:

Angele Dei, qui custos es mei, me tibi commissum pietate supérrna, hac nocte illúmina, custodi, rege et gu-bérna. Amen.

Hic meditationem diei sequentis dis-pone, præparando proposita facienda, gratias postulandas, et loci composi-tionem cum punctis præcipuis quibus illa constare debeat.

Tandem mente et corde in meditatione deßtaxis, somnum capies, dicens:

In pace in idípsum dòrmiam et requiéscam.

Vestibus te exundo, dices:

Salva nos, Dómine, vigilantes, cu-stodi nos dormientes, ut vigilémus cum Christo, et requiescámus in pace.

Custodi nos, Dómine, ut pupillam óculi, sub umbra alárum tuárum pró-

tege nos. In manus tuas comméndo spiritum meum.

Procul recédant sómnia et noctium phantás mata, hostémque nostrum cōprime, ne polluántur córpora.

In pace in idípsum dòrmiam et re-quíescam.

His peractis, mente in meditationis ob-jecto posita, in Domino obdormisces.

Si per noctem expergetis, mentem in Deum eleva, dicens: Illúmina óculos meos, ne unquam obdórmiam in morte, ne quando dicat inimicus meus, præválui aduersus eum.



Pars III.

Ordo
administrandi Sacra
menta
et Infirmorum cura.

Ordo Baptismi Parvulorum.

Sacerdos interrogat: N. quid petis ab Ecclesia Dei?

Patrinus respondet: Fidem.

Sacerdos: Fides, quid tibi praestat?

Patrinus respondet: Vitam æternam.

Sacerdos: Si igitur vis ad vitam ingredi, serva mandata. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota mente tua, et proximum tuum sicut te ipsum.

Deinde ter excusufflet leniter in faciem infantis, et dicat semel: Exi ab eo (vel ab ea), immunde spiritus, et da locum Spiritui Sancto Paracito.

Postea pollice faciat signum Crucis in fronte, et in pectore infantis, dicens: Accipe signum Crucis tam in fronte ✕, quam in corde ✕, sume fidem

cælestium præceptórum: et talis esto móribus, ut templum Dei jam esse possis.

Orémus.

Preces nostras, quæsumus Dómine, cleménter exaudi: et hunc Elec-tum tuum N. Crucis Dominicæ impressione signatum perpétua virtute custodi: ut magnitudinis gloriæ tuæ rudimenta servans, per custodiam mandatórum tuorum ad regenerationis gloriæ pervenire mereátur. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Deinde imponat manum super caput infantis, ac dicat:

Orémus.

Omnipotens, sempiterne Deus, Pater Dómini nostri Iesu Christi, respí-cere dignare super hunc fábulum tuum N., quem ad rudimenta fidei vocare dignatus es: omnem cæcitatatem cordis ab eo expelle: disrumpere omnes láqueos sathanæ, quibus fuerat colligatus: áperi ei, Dómine, jánuam pietatis tuæ, ut signa sapientiae tuæ imbūtus, ómnium cupiditatum fetóribus cäreat, et ad suávem odorem præceptórum tuorum lætus

tibi in Ecclesia tua deserviat, et proficiat de die in diem. Per eundem Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

Deinde Sacerdos benedit sal, quod scilicet benedictum alias ad eundem usum de servire potest.

Benedictio Salis.

Exorcizo te, creatura salis, in nomine Dei Patris omnipotentis ✕, et in caritate Domini nostri Iesu Christi ✕, et in virtute Spiritus ✕ Sancti. Exorcizo te per Deum vivum ✕, per Deum verum ✕, per Deum sanctum ✕, per Deum ✕, qui te ad tutelam humani generis procreavit, et populo venienti ad credulitatem per servos suos consecrari praecepit, ut in nomine sancte Trinitatis efficiarios salutare sacramentum ad effugandum inimicum. Proinde rogamus te, Domine, Deus noster, ut hanc creaturam salis sacrificando sacrificies ✕, et benedicendo benedicas ✕, ut sit omnibus accipientibus perfecta medicina, permanens in viscerebus eorum, in nomine ejusdem Domini nostri Iesu Christi, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem. R. Amen.

Deinde immittat modicum salis benedicti in os infantis, dicens: N. Accipe sal sapientiae: propitiatio sit tibi in vitam aeternam. R. Amen.

Sacerdos: Pax tibi. R. Et cum spiritu tuo.

Oramus.

Deus patrum nostrorum, Deus universae conditor veritatis, te supplices exoramus, ut hunc famulum tuum N. respicere digneris propitiatus, et hoc primum pabulum salis gustantem, non diutius esurire permittas, quo minus cibo expleatur celesti, quatenus sit semper spiritu fervens, spe gaudens, tuo semper nomine seriens. Perduc eum, Domine, quae sumus, ad novae regenerationis lavacrum, ut cum fidelibus tuis promissionum tuarum aeterna premia consequi mereatur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Exorcizo te, immunde spiritus, in nomine Patris ✕, et Filii ✕, et Spiritus ✕ Sancti, ut exeras, et recedas ab hoc famulo Dei N. Ipse enim tibi imperat, maledicte damnate, qui pedibus super mare ambulavit, et Petro mergenti dexteram porrexit.

Ergo, maledicte diabóle, recognósce sententiam tuam, et da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo Fílio ejus, et Spiritui Sancto, et recéde ab hoc fámulo Dei N., quia istum sibi Deus et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiām, et benedictiōnem, fontémque Baptismatis vocare dignátus est.

Hic pollicē in fronte signat infantem, dicens: Et hoc signum sanctae Crucis ✕, quod nos fronti ejus damus, tu, maledicte diabóle, numquam audeas violáre. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Mox imponit manum super caput infantis, et dicit:

Orémus.

*A*etérnam, ac justissimam pietátem tuam déprecor, Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus, auctor lúminis et veritatis, super hunc fámulum tuum N., ut dignérис illum illumináre lúmine intelligéntiæ tuæ: munda eum, et sanctifica: da ei sciéntiam veram, ut dignus grátiā Baptismi tui efféctus, téneat firmam spem, consilium rectum, doctrinam sanctam. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Postea Sacerdos imponit extremam partem stolæ super infantem, et introducit eum in Ecclesiam, dicens:

N. Ingrédere in templum Dei, ut hábeas partem cum Christo in vitam æternam. R. Amen.

Cum fuerint Ecclesiam ingressi, Sacerdos procedens ad Fontem cum Susceptoribus conjunctim clara voce dicit:

Credo in Deum, Patrem omnipotētem, creatórem cœli, et terræ. Et in Iesum Christum, Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum; qui concéptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine; passus sub Póntio Piláto, crucifixus, mórtuus, et sepultus; descéndit ad inferos, térlia die resurréxit a mórtuis: ascéndit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipoténtis: inde venturus est judicáre vivos, et mórtuos. Credo in Spiritum Sanctum; sanctam Ecclesiām Cathólicam; Sanctórum communionem; remissiōnem peccatórum; carnis resurrectionem; vitam æternam. Amen.

Pater noster, qui es in cœlis, sanctificétur nomen tuum: advéniat regnum tuum: fiat volúntas tua, sic-

ut in cœlo, et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitóribus nostris: et ne nos inducas in tentationem: sed libera nos a malo. Amen.

Ac deinde, antequam accedat ad Baptisterium, dicat:

Exorcismus.

Exorcizo te, omnis spiritus immunitus de, in nomine Dei Patris omnipotenti ✕, et in nomine Iesu Christi Filii ejus, Domini et Judicis nostri ✕, et in virtute Spiritus ✕ Sancti, ut discendas ab hoc plasmate Dei N., quod Dominus noster ad templum sanctum suum vocare dignatus est, ut fiat templum Dei vivi, et Spiritus Sanctus habitet in eo. Per eundem Christum Dominum nostrum, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem. R. Amen.

Postea Sacerdos digito accipiat de saliva oris sui, et tangat aures et nares infantis: tangendo vero aurem dexteram, et sinistram, dicat: Ephpheta, quod est Adaperire: deinde tangit nares, dicens: In odorem suavitatis. Tu autem effugare, diabole; appropinquabit enim iudicium Dei.

Postea interrogat baptizandum nominatum, dicens:

N. Abrenuntias Satanae?

Respondet Patrinus: Abrenuntio.

Sacerdos: Et omnibus operibus ejus?

Patrinus: Abrenuntio.

Sacerdos: Et omnibus pompis ejus?

Patrinus: Abrenuntio.

Deinde Sacerdos intingit pollicem in oleo Catechumenorum, et infantem ungit in pectore, et inter scapulas in modum crucis, dicens:

Ego te limo ✕ oleo salutis in Christo Iesu Domino nostro, ut habeas vitam eternam. R. Amen.

Hic deponit stolam violaceam, et sumit aliam albi coloris.

Subinde pollicem et inuncta loca absertegit bombacio, vel re simili. Et interrogat expresso nomine baptizandum, Patrino respondente:

N. Credis in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem coeli et terrae?

R. Credo.

Credis in Iesum Christum, Filium ejus unicum, Dominum nostrum, natum, et passum? R. Credo.

Credis et in Spiritum Sanctum, sanctam Ecclesiam Catholicam, San-

ctórum communiónem, remissiónem peccatórum, carnis resurrectionem, et vitam ætérnam? R. Credo.

Subinde expresso nomine baptizandi, Sacerdos dicit: N. Vis baptizári?

Respondet Patrinus: Volo.

Tunc Patrino, vel Matrina, vel utroque (si ambo admittantur) infantem te nente, Sacerdos vasculo, seu urceolo accipit aquam baptismalem, et de ea ter fundit super caput infantis in modum crucis, et simul verba proferens, semel tantum distinete, et attente, dicit:

N. Ego te baptizo in nómine Patris **+**, fundat primo, et Filii **+**, fundat secundo, et Spiritus **+** Sancti, fundat tertio.

Ubi autem est consuetudo baptizandi per immersionem, Sacerdos accipit infantem, et advertens ne lædatur, caute immergit, et trina mersione baptizat, et semel tantum dicit:

N. Ego te baptizo in nómine Patris **+**, et Filii **+**, et Spiritus **+** Sancti.

Mox Patrinus, vel Matrina, vel utroque simul infantem de sacro Fonte levant, suscipientes illum de manu Sacerdotis.

*Si vero dubitatur, an infans fuerit baptizatus, utatur hac forma: N. Si non es baptizatus, ego te baptizo in nómine Patris **+**, et Filii **+**, et Spiritus **+** Sancti.*

Deinde intingit pollicem in sacro Chrismate, et ungit infantem in summitate capitis in modum crucis, dicens:

*D*eus omnipotens, Pater Dómini nostri Iesu Christi, qui te regeneravit ex aqua et Spiritu Sancto, quique dedit tibi remissiónem ómnium peccatórum, (*hic unguit*) ipse te liniat Chrismate salutis **+** in eódem Christo Iesu Dómino nostro in vitam ætérnam. R. Amen.

Sacerdos dicit: Pax tibi. R. Et cum spiritu tuo.

Tunc bombacio, aut re simili alster git pollicem suum, et locum inunctum, et imponit capiti ejus linteolum candidum loco vestis albæ, dicens:

Accipe vestem candidam, quam immaculatam pérferas ante tribúnum Dómini nostri Iesu Christi, ut hábeas vitam ætérnam. R. Amen.

Postea dat ei, vel Patrino, candelam accensam, dicens: Accipe lámpadem ardéntem, et irreprehensibilis custódi

Baptismum tuum: serva Dei mandata, ut cum Dóminus véniterit ad nuptias, possis occurrere ei una cum ómnibus Sanctis in aula cœlesti, habéasque vitam æternam, et vivas in sæcula sæculorum. R. Amen.

Postremo Sacerdos dicit: N. Vade in pace, et Dóminus sit tecum.

R. Amen.

Ordo supplendi omissa super Baptizatum.

Cum, urgente mortis periculo vel alia cogente necessitate, parvulus, sacris Precibus ac Cæremoniis prætermisso, fuerit baptizatus, ubi convaluerit, vel cessaverit periculum, et ad Ecclesiam delatus fuerit, omissa omnia suppleantur: idemque ordo ac ritus servetur. Exceptio quod interrogatio: an velit baptizari, formulae Baptismi et ablutionis prætermituntur, et quædam Orationes et Exorcismi suo quique loco immunitati, ut infra dicuntur.

Sacerdos igitur, antequam immittat sal in os baptizati, manum super caput ejus imponens, dicit:

Orémus.

Omnipotens, sempitérne Deus, Pater Dómini nostri Iesu Christi, respicere dignérис super hunc fámulum tuum N., quem dudum ad rudimenta

fidei vocare dignatus es: omnem cætitatem cordis ab eo expelle: disrumpere omnes láqueos Sátanæ, quibus füerat colligatus: áperi ei, Dómine, jánuam pietatis tuæ, ut signo sapiéntiae tuæ imbútus, ómnium cupiditatum fœtóribus cárreat, et ad suávem odórem præceptorum tuórum latus tibi in Ecclésia tua desérviat, et proficiat de die in diem, ut idóneus sit frui grácia Baptismi tui, quem suscépit, salis percépta medícina. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Deinde, posteaquam modicum salis immisit in os baptizati, dicens:

N. Accipe sal sapiéntiae, propitiatio sit tibi in vitam æternam. R. Amen.

Dicit: Pax tecum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Deus patrum nostrorum, Deus univérsæ cónditor veritatis, te súplices exorámus, ut hunc fámulum tuum N. respicere dignéris propitius, et hoc pábulum salis gustántem, non diútius esurire permittas, quo minus cibo expleátur cœlesti, quatenus sit semper spíritu fervens, spe gaudens, tuo semper nómini sér-

viens; et quem ad novæ regenerationis lavácrum perduxísti, quæsumus, Dómine, ut cum fidélibus tuis promissiónum tuárum ætérrna præmia cónsequi mereáur. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Post hæc, facto signo Crucis in fronte baptizati, dictisque illis verbis:

Et hoc signum Crucis ✕, quod nos fronti ejus damus, tu, maledicte diábolo, numquā aúdeas violare. Per eúdem Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

*Manu super caput ejus imposta, dicit
Orémus.*

AEtérnam ac justissimam pietátem tuam déprecor, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérrne Deus, au-
tor lúminis et veritatis, super hunc fámulum tuum N., ut dignéris illum illuminare lúmine intelligéntiae tuae:
munda eum, et sanctifica: da ei sci-
éntiam veram, ut dignus sit frui grá-
tia Baptismi tui, quem suscépit: té-
neat firmam spem, consilium rectum,
doctrinam sanctam, ut aptus sit ad
retinéndam grátiam Baptismi tui.
Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

**Formula Absolutionis Sacramentalis
Communis.¹**

*Confessarius, cum Pénitentem absolu-
vere voluerit, injuncta ei prius, et ab
eo acceptata salutari pénitentia, primo
dicit:*

Misereátur tui omnípotens Deus,
et dimissis peccátis tuis, perdúcat te
ad vitam ætérrnam. Amen.

*Deinde dextera versus Pénitentem
elevata, dicit:*

Indulgéntiam, absolutiōnem ✕, et
remissiōnem peccatórum tuórum trí-
buat tibi omnípotens, et misericors
Dóminus. Amen.

Dóminus Noster Jesus Christus te
absolvat: et ego, auctoritatē ipsius,
te absolvó ab omni vínculo excom-
municationis, (suspensiōnis) et inter-
dicti, in quantum possum, et tu in-
diges.

*Deinde ego te absolvó a peccátis
tuis, in nómine Patris ✕, et Filii, et
Spiritus Sancti. Amen.*

¹ Antequam incipiatur Confessio, Confessarius solet Pénitenti benedictionem impetrari hisce verbiis: Dóminus sit in corde tuo et in labiis tuis, ut rite confeitearis ómnia peccata tua. In nómine Patris †, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

Si Pænitens sit laicus, omittitur verbum suspensiōnis.

Pássio Dómini nostri Jesu Christi, mérita Beatae Mariæ Virginis, et ómnium Sanctórum, quidquid boni feceris, et mali sustinueris, sint tibi in remissióne peccatórum, augmén-
tum gratiæ, et præmium vitæ æter-
næ. Amen.

*In Confessionibus autem frequentioribus et brevioribus omitti potest Mi-
seréatur, etc., et satis erit dicere: Dó-
minus noster Jesus Christus etc., ut
supra, usque ad illud Pássio Dómini
nostri, etc.¹*

*Urgente vero aliqua gravi necessitate
in periculo mortis, breviter dicere pot-
erit:*

Ego te absolvó ab ómnibus censú-
ris, et peccátis, in nōmine Patris **+**,
et Filii, et Spíritus Sancti. Amen.

*N.B. Sacerdos superpelliceo, et stola
violacei coloris utatur, prout tempus,
vel locorum feret consuetudo.*

¹ Etiam exclusive. (Decr. S. R. C. 27. Fe-
bruarii 1847.)

*Forma Absolutionis ab Excommunica-
tione in foro interiori.*

*In foro interiori Confessarius habens
facultatem absolvendi Excommunicatum,
absolvat juxta formam communem su-
pra præscriptam in absolutione sacra-
mentalı.*

*De modo absolvendi a Suspensione vel
ab Interdicto extra vel intra sacramen-
talem Confessionem.*

*Si Sacerdoti sit commissa facultas
absolvendi a Suspensione, vel Interdicto,
quamvis nulla verba sint præcipue de-
terminata, uti poterit hac formula:*

*Pænitens dicat: Confiteor Deo o-
mnipotenti, etc.*

*Sacerdos: Misereáur tui etc., In-
dulgéntiam, etc.*

*Auctoritatē mihi ab N. trádita, ego
absolvó te a vínculo suspensiōnis
(vel interdicti), quam (vel quod) pro-
pter tale factum (vel talem causam)
incurrísti (seu incurrisse declarátus es),
in nōmine Patris **+**, et Filii, et Spí-
ritus Sancti. Amen.*

Forma Dispensationis in Irregularitate.¹

Si Confessario, sive in foro conscientiae, sive extra, data est potestas dispensandi super Irregularitate, tunc, postquam absolvitur Pœnitentem a peccatis, addat consequenter:

*Et eadem auctoritate dispenso tecum super irregularitate (vel irregularitatibus, si sint plures), in quam (vel in quas) ob talem causam (vel tales causas, eas exprimendo) incurristi: et habilem reddo, et restituote executioni Ordinum, et Officiorum tuorum, in nomine Patris **¶**, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.*

Si nullum habet Ordinem, dicatur: Habilem reddo te ad omnes Ordines suscipiendos, vel etiam ad alia, juxta tenorem mandati.

Quod si necesse sit titulum Beneficii restituere, et fructus male perceptos condonare, subjugant:

Et restituo tibi titulum (seu titulos) Beneficii (seu Beneficiorum), et condono tibi fructus male percepitos. In

¹ Pro commutatione et dispensatione votorum et impedimentorum Matrimonii sufficit quidem utcumque indicare voluntatem presentem, quia nulla forma prescripta est.

nomine Patris **¶**, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

Advertat autem Sacerdos, ne ullo modo in iis facultatis sue terminos excedat.

Cura Infirmorum.**Ordo Viaticum infirmis administrandi.**

Sacerdos ingrediens locum, ubi jacet infirmus, dicat:

V. Pax huic domui. **R.** Et omnibus habitantibus in ea.

Tum depositum Sacramentum super mensa, supposito corporali, genuflexus adorat, omnibus in genua procubentibus: et mox accepta aqua benedicta, aspergit infirmum et cubiculum, dicens Antiphonam: Asperges me, Domine, hyssopo, et mundabor: lavabis me, et super nivem dealabor: et primum versus Psalmi Miserere mei, Deus, cum Gloria Patri. Sicut erat, etc.

Deinde repet. Ant. Asperges me, etc.

*Postea **V.** Adjutorium nostrum in nomine Domini. **R.** Qui fecit celum et terram.*

Forma Dispensationis in Irregularitate.¹

Si Confessario, sive in foro conscientiae, sive extra, data est potestas dispensandi super Irregularitate, tunc, postquam absolvitur Pœnitentem a peccatis, addat consequenter:

*Et eadem auctoritate dispenso tecum super irregularitate (vel irregularitatibus, si sint plures), in quam (vel in quas) ob talem causam (vel tales causas, eas exprimendo) incurristi: et habilem reddo, et restituote executioni Ordinum, et Officiorum tuorum, in nomine Patris **¶**, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.*

Si nullum habet Ordinem, dicatur: Habilem reddo te ad omnes Ordines suscipiendos, vel etiam ad alia, juxta tenorem mandati.

Quod si necesse sit titulum Beneficii restituere, et fructus male perceptos condonare, subjugant:

Et restituo tibi titulum (seu titulos) Beneficii (seu Beneficiorum), et condono tibi fructus male percepitos. In

¹ Pro commutatione et dispensatione votorum et impedimentorum Matrimonii sufficit quidem utcumque indicare voluntatem presentem, quia nulla forma prescripta est.

nomine Patris **¶**, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

Advertat autem Sacerdos, ne ullo modo in iis facultatis sue terminos excedat.

Cura Infirmorum.**Ordo Viaticum infirmis administrandi.**

Sacerdos ingrediens locum, ubi jacet infirmus, dicat:

V. Pax huic domui. **R.** Et omnibus habitantibus in ea.

Tum depositum Sacramentum super mensa, supposito corporali, genuflexus adorat, omnibus in genua procubentibus: et mox accepta aqua benedicta, aspergit infirmum et cubiculum, dicens Antiphonam: Asperges me, Domine, hyssopo, et mundabor: lavabis me, et super nivem dealabor: et primum versus Psalmi Miserere mei, Deus, cum Gloria Patri. Sicut erat, etc.

Deinde repet. Ant. Asperges me, etc.

*Postea **V.** Adjutorium nostrum in nomine Domini. **R.** Qui fecit celum et terram.*

V. Dómine exaudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad te véniat.
V. Dóminus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Exaudi nōs, Dómine sancte, Pater omnipotens, aetérne Deus: et mittere dignitatis sanctum angelum tuum de cœlis, qui custodiāt, foveat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

His dictis, accedat ad infirmum, ut cognoscat, num sit bene dispositus ad suscipiendum sacram Viaticum, et utrum velit aliqua peccata confiteri; et illum audiatur, atque absolvat; quamvis prius deberet esse rite confessus, nisi necessitas aliter urgeat.

Postea facta de more Confessione generali, sive ab infirmo, sive ejus nomine ab alio, sacerdos dicit: Misereátrur, etc. Indulgétiā, etc.

Deinde facta genuflexione accipit Sacramentum de vasculo, atque illud elevans ostendit infirmo, dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et more solito ter dicit: Dómine, non sum dignus, ut intres sub

tectum meum, sed tantum dic verbo, et sanabitur anima mea.

Et infirmus simul cum sacerdote dicit eadem verba, saltem semel, submissa voce. Tum sacerdos, dans infirmo Eucharistiam, dicit: Accipe, frater (vel soror), Viaticum Corporis Dómini nostri Jesu Christi, qui te custodiāt ab hoste maligno, et perducat in vitam aeternam. Amen.

Si vero Communio non datur per modum Viatici, dicit more ordinario: Corpus Dómini nostri Jesu Christi custodiāt animam tuam in vitam aeternam. Amen.

Quod si mors imminet, et periculum sit in mora, tunc dicto, Misereátrur, etc. predictis precibus omnibus vel ex parte omissis, ei statim Viaticum praebatur.

Postea sacerdos abluit digitos, nihil dicens: et infirmo detur ablutiō. Deinde dicit:

V. Dóminus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Dómine sancte, Pater omnipotens, aetérne Deus, te fidéliter deprecámur, ut accipienti fratri nostro (vel sorori nostrae) sacrosanctum Corpus

Dómini nostri Jesu Christi Filii tui, tam corpori, quam ánimæ prosit ad remédium sempitérnum. Qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti Deus, per ómnia sácula sacerdórum. R. Amen.

His expletis, si altera particula Sacramenti superfuerit (superesse autem semper debet, nisi longius aut difficultius iter sit faciendum), genuflectit, surgit et accipiens vas cum Sacramento, facit cum eo signum crucis super infirmum, nihil dicens et reverenter illud deferens, ordine quo venerat, revertitur ad ecclesiam, dicendo

Psalmum 148.

Laudáte Dóminum de cœlis: laudáte eum in excélsis.

Laudáte eum omnes ángeli ejus: laudáte eum omnes virtutes ejus.

Laudáte eum sol et luna: laudáte eum omnes stellæ et lumen.

Laudáte eum cœli cœlórum: et aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, et facta sunt: ipse mandávit, et créata sunt.

Státuit ea in ætérnum et in sáculum sáculi: præceptum pósuit, et non præteribit.

Laudáte Dóminum de terra: dracones et omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, gláicies, spíritus procellárum, quæ fáciunt verbum ejus.

Montes et omnes colles: ligna fructífera et omnes cedri.

Béstiae et univérsa pécora, serpentes et vólucres pennátæ.

Reges terræ, et omnes pópuli: príncipes et omnes júdices terræ.

Júvenes et vírgines, senes cum ju nióribus laudent nomen Dómini: quia exaltatum est nomen ejus solius.

Confessio ejus super cœlum et terram: et exaltávit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis ejus: filiis Israël, pópulo appropinquanti sibi.

Et dicendo alios psalmos et hymnos, prout tempus feret.

Cum pervenerit ad ecclesiam, ponit Sacramentum super altare, adorat: deinde dicit:

¶. Panem de cœlo præstítisti eis.

R. Omne delectaméntum in se habéntem.

¶. Dóminus vobiscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.
Deus, qui nobis sub Sacraménto

Dmirábili passiónis tuæ memoriám

reliquisti: trübue, quāsumus, ita nos
Cōporis et Sāguinis tui sacra my-
stēria venerāri, ut redemptiōnis tuā
fructum in nobis jūgiter sentiāmus.
Qui vivis et regnas, etc.

*Quod si ob difficultatem, aut longi-
tudinem itineris, vel quia ea qua decet
veneratione Sacramentum ad ecclesiam
commode reportari non potest, sumpta
fuerit una tantum particula consecrata,
ut dictum est, tunc ea infirmo admini-
strata, sacerdos, p̄dictis precibus re-
citat, cum manu benedicit, et una cum
aliis, privato habitu, extinetis lumen-
ibus, umbella demissa, latente pyxide, ad
ecclesiam vel domum quisque suam re-
vertatur.*

**Ordo ministrandi Sacramentum
Extremæ Unctionis.**

*Cum per ventum fuerit ad locum ubi
jacet infirmus, Sacerdos intrans cubi-
culum dicit:*

*V. Pax huic dōmui. R. Et omni-
bus habitantibus in ea.*

Deinde subjungit:

*Aspérges me, Dōmine, hyssopo,
et mundabor: lavabis me, et super
nivem dealbabor.*

Postea dicit:

*V. Adjutorium nostrum in nōmine
Dōmini. R. Qui fecit cœlum et ter-
ram.*

*V. Dōminus vobifcsum. R. Et cum
sp̄itu tuo.*

Orémus.

*Intróeat, Dōmine Jesu Christe, do-
mum hanc, sub nostræ humilitatis
ingréssu, aëterna felicitas, divina pro-
speritas, seréna lætitia, caritas fru-
ctuosa, sánitas sempiterna: effugiat
ex hoc loco accéssus dæmonum: ad-
sint Angeli pacis, domumque hanc
déserat omnis maligna discórdia.
Magnifica, Dōmine, super nos nomen
sanctum tuum, et bénedic ✠ nostræ
conversatiōni; sanctifica nostræ hu-
militatis ingrēssum, qui sanctus et
pius es, et pémanes cum Patre et
Spiritu Sancto in sǽcula sǽculorūm.
Amen.*

*Orémus, et deprecémur Dóminum
nostrum Iesum Christum, ut benedi-
cendo benedictat ✠ hoc tabernáculum,
et omnes habitantes in eo, et det eis
Angelum bonum custódem, et fáciat
eos sibi servire ad considerándum
mirabilia de lege sua: avértat ab eis
omnes contrárias potestátes: eripiat*

eos ab omni formidine et ab omni perturbatiōne, ac sanos in hoc tabernáculo custodire dignétur. Qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat Deus in sēcula sēculórum. Amen.

Orémus.

Exaudi nos, Dómine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, et mittere dignérис sanctum Angelum tuum de cœlis qui custodiāt, foveat, protegat, visitet atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Quæ Orationes, si tempus non patiatur, ex parte, vel in totum poterunt omitti. Tum de more facta confessione generali, latino vel vulgari sermone, Sacerdos dicat:

Misereatur tui, etc. Indulgéntiam, absolutiōnem, etc.

Antequam Parochus, incipiat ungere infirmum, moreat astantes, ut pro illo orient, et ubi commodum fuerit, pro loco et tempore, et astantium numero vel qualitate, recitent septem Psalms pénitentiales, cum Litaniis, vel alias preces, dum ipse unctionis Sacramentum administrat. Mox dicat:

In nōmine Patris ☧, et Filii ☧, et Spiritus ☧ Sancti, extinguitur in te omnis virtus diáboli per impositionem mānum nostrārum, et per invocationem ómnium sanctorum Angélorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Mártirum, Confessorum, Virginum, atque ómnium simul Sanctorum. Amen.

Deinde, intincto pollice in Oleo sancto, in modum Crucis ungit infirmum in partibus hic subscriptis, aptando proprio loco verba forme in hunc modum:

Ad oculos.

Per istam sanctam unctionem ☧, et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dóminus quidquid per visum deliquisti. Amen.

Minister vero, si est in sacris, vel ipsomet Sacerdos, post quamlibet unctionem tergit loca inuncta novo globulo bombacii vel rei similis; eumque in vase mundo reponat, et ad Ecclesiam postea deferat, comburat, cineresque projiciat in sacrarium.

Ad aures.

Per istam sanctam unctionem ☧, et suam piissimam misericordiam,

indulgeat tibi Dóminus quidquid per auditum deliquisti. Amen.

Ad nares.

Per istam sanctam unctionem **+**, et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dóminus quidquid per odoratum deliquisti. Amen.

Ad os, compressis labiis.

Per istam sanctam unctionem **+**, et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dóminus quidquid per gustum et locutionem deliquisti. Amen.

Ad manus.

Per istam sanctam unctionem **+**, et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dóminus quidquid per tactum deliquisti. Amen.

Et adverte quod Sacerdotibus, ut dictum est, manus non inunguntur interiorius, sed exteriorius.

Ad pedes.

Per istam sanctam unctionem **+**, et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dóminus quidquid per gressum deliquisti. Amen.

Ad lumbos sive renes.

Per istam sanctam unctionem **+**, et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dóminus quidquid per lumborum delectationem deliquisti. Amen.

Hec autem unctione ad lumbos omittitur semper in feminis, et etiam in viris, qui ob infirmitatem vix aut sine periculo moveri non possunt.

Quibus omnibus peractis, Sacerdos dicit:

Kyrie eléison. Christe eléison.

Kyrie eléison. Pater noster, etc.

¶. Et ne nos inducas in tentationem. R. Sed libera nos a malo.

¶. Salvum fac servum tuum. R. Deus meus, sperantem in te.

¶. Mitte ei, Dómine, auxilium de sancto. R. Et de Sion tuére eum.

¶. Esto ei, Dómine, turris fortitudinis. R. A facie inimici.

¶. Nihil proficiat inimicus in eo. R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

¶. Dómine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat.

¶. Dóminus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Dómine Deus, qui per Apóstolum tuum Jacobum locútus es: Infirmitáre quis in vobis? Inducat presbyteros Ecclesiæ, et orent super eum, ungéntes eum óleo in nōmine Dómini, et oratio fidei salvábit infirmum, et alleviábit eum Dóminus, et si in peccatis sit, remitténtur ei: cura, quæsumus Redémptor noster, grátia Sancti Spíritus languores istius infirmi, ejusque sana vúlnera, et dimitte peccata, atque dolores cunctos mentis et corporis ab eo expelle, plenámque intérius et extérius sanitatem misericórditer redde, ut ope misericordiæ tuæ restitutus ad pristina reparétur officia. Qui cum Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas Deus in sǽcula sǽculórum. Amen.

Orémus.

Respice, quæsumus Dómine, fánum tuum N. in infirmitate sui corporis fatiscéntem, et ánimam réfovere, quam creásti, ut castigationibus emendátus, se tua séntiat medecina salvátum. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Orémus.

Dómine sancte, Pater omnípotens, æterne Deus, qui benedictiōnis tuæ grátiam ægris infundéndo corpóribus, factúram tuam multiplici pietate custódis, ad invocationem tui Nominis benignus assíste, ut fánum tuum ab ægritudine liberátum, et sanitáte donátum, déxtera tua érigas, virtute confirmes, potestáte tueáris, atque Ecclesiæ tuæ sanctæ cum omni desideráta prosperitaté restituas. Per Christum Dñm nostrum. R. Amen.

Urgente necessitate, Sacerdos, una facta unctione in fronte, dicat: Per istam sanctam Unctionem **+**, et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dóminus quidquid per sensus (visum, auditum, odoratum, gustum et locutionem ac tactum) deliquisti. Amen.

NB. Si tempus supersit, fiant Unctiones consuetae, cum forma singulis sensibus propria, et Orationibus omissis.

Benedictio infirmorum in genere.

V. Adjutorium nostrum in nōmine Dómini. **R.** Qui fecit cœlum et terram.

Psalmus 90.

Qui hábitat in adjutorio Altissimi:
in protectione Dei celi commó-
rabitur.

Dicit Dómino: Suscérptor meus es
tu et refúgium meum: Deus meus,
sperábo in eum.

Quóniam ipse liberávit me de lá-
queo venántium: et a verbo áspero.

Scápulis suis obumbrábit tibi: et
sub pennis ejus sperábis.

Scuto circumdabit te véritas ejus:
non timébis a timóre nocturno.

A sagitta volante in die, a negócio
perambulante in ténebris: ab incúrsu
et dæmónio meridiáno.

Cadent a látere tuo mille, et decem
millia a dextris tuis: ad te autem
non appropinquábit.

Verúntamen oculis tuis considerá-
bis: et retributióne peccatórum vi-
débis.

Quóniam tu es Dómine spes mea:
Altissimum posuisti refúgium tuum.

Non accédet ad te malum: et fla-
gellum non appropinquábit taberná-
culo tuo.

Quóniam ángelis suis mandávit
de te: ut custódiant te in ómnibus
viis tuis.

In manib⁹ portábunt te: ne forte
offéndas ad lápidem pédem tuum.

Super áspidem et basiliscum am-
bulábis: et conculcábis leónem et
dracónem.

Quóniam in me sperávit, liberábo
eum: prótegam eum, quóniam cognó-
vit nomen meum.

Clamábit ad me et ego exaudíam
eum: cum ipso sum in tribulatióne,
eripiam eum et glorificábo eum.

Longitúdine diérum replébo eum:
et osténdam illi salutare meum.

Glória Patri, et Filio, etc.

Kyrie eléison. Christe eléison.

Kyrie eléison. Pater noster.

X. Et ne nos indúcas in tentatió-
nem. R. Sed libera nos a malo.

X. Salvum fac fámulum tuum (fá-
mulum tuum). R. Deus meus, spe-
rántem in te.

X. Mitte ei, Dómine, auxilium de
sancto. R. Et de Sion tuére eum
(eam).

X. Nihil proficiat inimicus in eo
(in ea). R. Et Filius iniquitatis non
appónat nocére ei.

X. Esto ei, Dómine, turris fortitú-
dinis. R. A fácie inimici.

V. Dóminus opem ferat illi. **R.** Super lectum doloris ejus.

V. Dómine, exaudi orationem meam. **R.** Et clamor meus ad te veniat.

V. Dóminus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Deus, cui próprium est misereri semper et párcere, suscipe deprecationem nostram: ut nos et hunc famulum tuum (hanc famulam tuam), quos delictorum catena constringit, miseratio tuæ pietatis clementer absolvat.

Deus infirmitatis humanae singulare præsidium, auxili tui super infirmum famulum tuum (infirmam famulam tuam) ostende virtutem, ut ope misericordiae tuæ adjutus (adjuta) ecclésia tuae sanctæ incolumis repræsentari mereatur.

Concède hunc famulum tuum (hanc famulam tuam) quæsumus, Dómine Deus, perpetua mentis et corporis sanitatem gaudere, et gloriosa beatæ Mariæ semper Vírginis intercessione a præsenti liberari tristitia, et æterna pérfrui lætitia. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Deinde asperget eum vel eam aqua benedicta, dicendo:

Benedictio Dei omnipoténtis Patris **†**, et Filii, et Spíritus Sancti descéndat super te, et maneat semper. **R.** Amen.

Alia benedictio infirmorum.

V. Adjutórium nostrum in nōmine Dñi. **R.** Qui fecit cœlum et terram.

Orémus.

Intróeat, quæsumus Dómine Jesu Christe, domum hanc sub nostræ humilitatis ingrüssu, æterna felicitas, divina prospéritas, serena lætitia, caritas fructuosa, sánitas sempitérna; effugiat ex hoc loco accéssus dæmonum: adsint ángeli pacis: domumque hanc déserat omnis maligna discórdia. Magnifica, Dómine, super nos nomen sanctum tuum, et bénē **†** dic nostræ conversatióni, sanctifica nostræ humilitatis ingrüssum: qui sanctus et pius es, et pérmanes cum Patre et Spíritu Sancto in sǽcula sǽculórum. **R.** Amen.

Postea dicitur Psalmus De profundiis clamávi, etc. pag. 6.

V. Dóminus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

V. Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. R. Gloria tibi, Domine!

In illo tempore, surgens Jesus de synagoga, introivit in domum Simonis: socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus, et rogaverunt illum pro ea. Et stans super illam imperavit febri, et dimisit illam: et continuo surgens ministrabat illis. Cum autem sol occidisset, omnes qui habebant infirmos variis languoribus, ducabant illos ad eum. At ille, singulis manus imponens, curabat eos.

Quo dicto subditur:

Kyrie eleison. Christe eleison.

Kyrie eleison. Pater noster.

V. Et ne nos inducas in tentationem. R. Sed libera nos a malo.

V. Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum. R. Sana me, Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

V. Salvum fac servum tuum. R. Deus meus, sperantem in te.

V. Ego dixi: Domine, miserere mei. R. Sana animam meam, quia peccavi tibi.

V. Domine, exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Réspice, Domine, famulum tuum, in infirmitate sui corporis laborantem: et animam refove, quam creasti: ut castigationibus emendatus, continuo se sentiat tua medicina salvatum. Per Christum Dominum.

Ponat manum super caput infirmi, et dicat:

Super aegros manus impónent, et bene habebunt, Jesus, Mariæ Filius, mundi salus et dominus, méritis et intercessione sanctorum Apostolorum suorum Petri et Pauli, et omnium sanctorum sit tibi clemens et propitiatus. R. Amen.

Dominus Jesus Christus apud te sit, ut te defendat: intra te sit, ut te conservet: ante te sit, ut te deducat: post te sit, ut te custodiat: super te sit, ut te bene ✕ dicat: qui cum Patre et Spíitu Sancto vivit et regnat in saecula saeculorum. R. Amen.

Benedictio Dei omnipotentis Patris ✕, et Filii, et Spiritus Sancti, descendat super te, et maneat semper.

R. Amen. Aspergatur.

Modus juvandi morientes.

Ingravescente morbo, Parochus Infirmitum frequentius visitabit, et ad salutem diligenter juvare non desinet; monebitque instantē periculo se confessim vocari, ut in tempore præsto sit morienti, sumptioque Sanctissimo Viatico, et Sacra Unctione adhibita, si periculum immineat, statim commendationis animæ officium præstabit, de quo infra. Sed si tempus suppetat, sequentia pie-tatis officia præstare poterit, si ita expedire judicaverit, pro conditione personæ.

Ac primo, si Egrotus Indulgentiam legitima auctoritate concessam consequi possit, eam illi reducat ad mentem, præponatque, quid ad eam consequendam agi debeat: præsertim, ut contrito corde sanctissimum nomen IESU semel, vel saepius invocet.

Deinde hortetur Infirmum et excitet, ut dum mente viget, eliciat actus Fidei, Spei, et Caritatis, aliarumque virtutum, nempe:

Ut firmiter credit omnes articulos Fidei, et quidquid Sancta Româna Ecclésia Cathólica et Apostólica credit, et docet.

Ut speret, Christum Dóminum nostrum pro sua immensa cleméntia sibi fore propitium; et mérito ejus sanctissimæ Passiónis, et per intercessiónem Beátæ Mariæ, et ómnium Sanctórum, se vitam ætérnam consecutúrum.

Ut toto corde diligat et máxime diligere cùpiat Dóminum Deum ea dilectione, qua illum diligunt Beati, Sanctique omnes.

Ut ob amórem Dei dôleat ex corde de omni offénsa qualitercúmque contra Dóminum Deum, et próximum commissa.

Ut ex corde ob amórem Dei parcat ómnibus, qui sibi quoquómodo fuerint molesti, aut inimici.

Ut ab iis véniam póstulet, quos aliquándo dictis, aut factis offendit.

Ut quem pátitur dolorem et morbi moléstiam, propter Deum in pénitentiam peccatórum suórum patiēter toleret.

Ut, si Dóminus sibi salutem cörporis præstare dignábitur, proponat de cætero pro víribus suis a peccatis cavére, et ejus mandáta serváre.

Hortetur præterea, ut eo modo quo

potest, saltem ex corde ita per intervalla precetur:

Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam.

In te, Domine, speravi, non confundar in aeternum.

In manus tuas, Domine, commendabo spiritum meum, redemisti me, Domine, Deus veritatis.

Deus, in adjutorium meum intende: Domine, ad adjuvandum me festina.

Esto mihi, Domine, in Deum protectorem.

Deus, propitius esto mihi peccatori.

Dulcissime Domine Iesu Christe, per virtutem sanctissimae Passionis tuae, recipe me in numerum electorum tuorum.

Domine Iesu Christe, suscipe spiritum meum.

Maria, Mater gratiae, Mater misericordiae, tu me ab hoste protege, et hora mortis suscipe.

Sancte Angele Dei, mihi custos assiste.

Omnes sancti Angeli, et omnes Sancti, intercedite pro me, et mihi succurrite.

Hæc, et his similia poterit prudens Sacerdos vulgari vel latino sermone, pro personæ captu, morienti suggerere.

Deinde sequentes Preces quanta poterit majori devotione dicat, admoneatque domesticos, et circumstantes, ut simul orent pro moriente.

*

Ordo Commendationis animæ.

Sacerdos, superpelliceo et stola violacea induitus ante infirmi cubiculum, locum ingrediens ubi jacet infirmus, dicat:

Pax huic domui et omnibus habitantibus in ea.

Deinde asperget agrotum, lectum et circumstantes aqua benedicta, dicens:

Asperges me Domine, hyssopo, et mundabor; lavabis me, et super nimis dealphabor.

Deinde, accensa candela, genibus flexis, cum omnibus circumstantibus breves litanias devote recitet in hunc modum.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Sancta Maria, ora pro eo.

Omnes sancti Angeli et Archángeli,
oráte pro eo.
 Sancte Abel, ora.
 Omnis chorus Justórum, ora.
 Sancte Abraham, ora.
 Sancte Joánnes Baptista, ora.
 Sancte Joseph, ora.
 Omnes sancti Patriárchæ et Pro-
phétæ, ora.
 Sancte Petre, ora.
 Sancte Paule, ora.
 Sancte Andréa, ora.
 Sancte Joánnes, ora.
 Omnes sancti Apóstoli et Evangelistæ, ora.
 Omnes sancti Discípuli Dómini, ora.
 Omnes sancti Innocéntes, ora.
 Sancte Stéphane, ora.
 Sancte Laurénti, ora.
 Omnes sancti Mártires, ora.
 Sancte Sylvéster, ora.
 Sancte Gregóri, ora.
 Sancte Augustíne, ora.
 Omnes sancti Pontífices et Confes-
sóres, ora.
 Sancte Benedicte, ora.
 Sancte Francísce, ora.
 Sancte Camille, ora.
 Sancte Joánnes de Deo, ora.

Omnes sancti Mónachi et Eremitæ,
oráte.
 Sancta María Magdaléna, ora.
 Sancta Lúcia, ora.
 Omnes sanctæ Vírgenes et Víduæ,
oráte.
 Omnes Sancti et Sanctæ Dei, inter-
cédite pro eo.
 Propitius esto, parce ei Dómine.
 Propitius esto, libera eum Dómine.
 Propitius esto, libera eum Dómine.
 Ab ira tua, libera.
 A periculo mortis, libera.
 A mala morte, libera.
 A pœnís inférní, libera.
 Ab omni malo, libera.
 A potestáte diáboli, libera.
 Per nativitátem tuam, libera.
 Per crucem et passionem tuam,
libera eum Dómine.
 Per mortem et sepulturam tuam,
libera eum Dómine.
 Per gloriósam resurrectionem tuam,
libera eum Dómine.
 Per admiráabilem ascensionem tuam,
libera eum Dómine.
 Per grátiam Spíritus Sancti Parácliti,
libera eum Dómine.
 In die judicii, libera eum Dómine.
 Peccatóres, te rogámus, audi nos.

Ut ei parcas, te rogámus, audi nos.
Kyrie eléison.
Christe eléison.
Kyrie eléison.

Deinde cum in agone sui exitus anima anxiatur, dicantur Orationes sequentes:

Orémus.

Proficiscere, ánima christiána, de hoc mundo, in nómíne Dei Patris omnipoténtis, qui te creávit: in nómíne Jesu Christi Filii Dei vivi, qui pro te passus est: in nómíne Spíritus Sancti, qui in te effíusus est: in nómíne Angelórum et Archangelórum: in nómíne Thronórum et Dominatiónum: in nómíne Principátuum et Potestátum: in nómíne Chérubim et Séraphim: in nómíne Patriarchárum et Prophetárum: in nómíne sanctórum Apostolórum et Evangelistárum: in nómíne sanctórum Mártirum et Confessórum: in nómíne sanctórum Monachórum et Eremitárum: in nómíne sanctárum Virginum, et ómnium Sanctórum et Sanctárum Dei: hódie sit in pace locus tuus, et habitatio tua in sancta Sion. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Orémus.

Deus misericors, Deus clemens, Deus qui secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum peccáta pénitentium deles, et præteritórum criminum culpas vénia remissiónis evácuas: respice propitius super hunc fámulum tuum N., et remissióinem ómnium peccatórum suórum tota cordis confessióne poscéntem deprecáta exaudi. Rénova in eo, piissime Pater, quidquid terréna fragilitate corrúptum, vel quidquid diabolica fraude violátum est: et unitati cörporis Ecclesiæ membrum redemptiōnis annécte. Miserére, Dómine, gemituum, miserére lacrimárum ejus: et non habéntem fidúciam nisi in tua misericórdia, ad tuæ sacraméntum reconciliatiónis admitte. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Comméndo te omnipoténti Deo, caríssime frater, et ei, cuius es créatura, committo; ut cum humanitatis débitum, morte interveniente, persóleris, ad Auctórem tuum, qui te de limo terræ formáverat, revertáris. Egrediénti itaque ánimæ tuæ de cörpore spléndidus Angelórum cœtus

occúrrat: judex Apostolórum tibi se-nátus advéniat: candidatórum tibi Mártyrum triumphatór exérctus ób-viet: liliáta rutilántium te Confessórum turma circúndet: jubilántium te Vírginum chorus excipiat, et beatæ quietis in sinu Patriarcharum te com-plexus astríngat: mitis atque festivus Christi Jesu tibi aspectus appáreat, qui te inter assisténtes sibi júgiter interéssē decérnat. Ignóres omne, quod horret in ténèbris, quod stridet in flammis, quod crúciat in torméntis. Cedat tibi tetérimus sátanas cum satellítibus suis: in advéntu tuo te comitántibus Angelis contremiscat, atque in aëternae noctis chaos im-máne diffúgiat. Exsúrgat Deus, et dissipéntur inimici ejus: et fúgiant qui odérunt eum a fácie ejus. Sicut déficit fumus, deficiant: sicut fluit cera a fácie ignis, sic péréant pec-catóres a fácie Dei, et justi epulén-tur, et exsultent in conspéctu Dei. Confundántur igitur et erubéscant omnes tartáreæ legiónes, et ministri sátanæ iter tuum impeditre non aú-deant. Liberet te a cruciátu Chri-stus, qui pro te crucifixus est. Li-beret te ab aëterna morte Christus,

qui pro te mori dignátus est. Con-stítuat te Christus Fílius Dei vivi intra paradísi sui semper aména vi-réntia, et inter oves suas te verus ille Pastor agnóscat. Ille ab ómni-bus peccátis tuis te absólvat, atque ad déxteram suam in electórum suórum te sorte constituat. Redemptórem tuum fácie ad fáciem vídeas, et præsens semper assistens, manifestissimam beatís oculis aspicias veritátem. Constitútus igitur inter ágmina beatórum contemplatiónis divinæ dul-cédine potiáris in sǽcula sǽculórum.

R. Amen.

Oratio.

Súscipe, Dómine, servum tuum in sc̄ locum sperándæ sibi salvatiónis a misericórdia tua. R. Amen.

Libera, Dómine, ániam servi tui ex ómnibus periculis inférni, et de láqueis pœnárum, et ex ómnibus tri-bulatióñibus. R. Amen.

Libera, Dómine, ániam servi tui, sicut liberásti Henoch et Eliam de communi morte mundi. R. Amen.

Libera, Dómine, ániam servi tui, sicut liberásti Noë de dilúvio.

R. Amen.

Libera, Dómine, ánimam servi tui,
sicut liberásti Abraham de Ur Chal-
dæórum. R. Amen.

Libera, Dómine, ánimam servi tui,
sicut liberásti Job de passiónibus
suis. R. Amen.

Libera, Dómine, ánimam servi tui,
sicut liberásti Isaac de hóstia et de
manu patris sui Abrahæ. R. Amen.

Libera, Dómine, ánimam servi tui,
sicut liberásti Lot de Sódomis, et de
flamma ignis. R. Amen.

Libera, Dómine, ánimam servi tui,
sicut liberásti Móysen de manu Pha-
raonis, regis Ægyptiorum. R. Amen.

Libera, Dómine, ánimam servi tui,
sicut liberásti Daniélem de lacu leó-
num. R. Amen.

Libera, Dómine, ánimam servi tui,
sicut liberásti tres púeros de camino
ignis ardéntis, et de manu regis iní-
qui. R. Amen.

Libera, Dómine, ánimam servi tui,
sicut liberásti Susánnam de falso
crimine. R. Amen.

Libera, Dómine, ánimam servi tui,
sicut liberásti David de manu regis
Saul, et de manu Golíæ. R. Amen.

Libera, Dómine, ánimam servi tui,
sicut liberásti Petrum et Paulum de
carcéribus. R. Amen.

Et sicut beatissimam Theclam Vir-
ginem et Mártyrem tuam de tribus
atrocíssimis tormentis liberásti, sic
liberare dignérás ánimam hujus servi
tui, ut tecum fáciás in bonis conga-
dére cœlestibus. R. Amen.

Oratio.

Commendámus tibi, Dómine, áni-
mam famuli tui N., precamurque
te, Dómine Jesu Christe, Salvátor
mundi, ut propter quam ad terram
misericórditer descendistí, Patriar-
chárum tuorum sinibus insinuáre non
rénuas. Agnósce, Dómine, creatú-
ram tuam, non a diis alienis créa-
tam, sed a te solo Deo vivo et vero:
quia non est álius Deus præter te,
et non est secundum opera tua. Læ-
tifica, Dómine, ánimam ejus in con-
spéctu tuo, et ne memineris iniqui-
tatum ejus antiquarum, et ebrietatum,
quas suscitávit furor sive fervor mali
desidírii. Licet enim peccáverit, ta-
men Patrem et Filium et Spíritum
Sanctum non negávit, sed crédidit, et
zelum Dei in se hábuit, et Deum, qui
fecit ómnia, fidéliter adorávit.

Oratio.

Delicta juventutis et ignorantiæ ejus, quæsumus, ne memineris, Domine, sed secundum magnam misericordiam tuam memor esto illius in gloria claritatis tuæ. Aperiuntur ei cœli, collætentur illi Angeli. In regnum tuum, Domine, servum tuum suscipe. Suscipiat eum sanctus Michael Archangelus Dei, qui militiae cœlestis meruit principatum. Véniant illi obviam sancti Angeli Dei, et perducant eum in civitatem cœlestem Jerúsalem. Suscipiat eum beatus Petrus Apóstolus, cui a Deo claves regni cœlestis tráditæ sunt. Adjuvet eum sanctus Paulus Apóstolus, qui dignus fuit esse vas electiōnis. Intercedat pro eo sanctus Joánnes electus Dei Apóstolus, cui revelata sunt secrēta cœlestia. Orent pro eo omnes sancti Apóstoli, quibus a Domino data est potestas ligandi atque solvendi. Intercéderant pro eo omnes Sancti et Elécti Dei, qui pro Christi nōmine torménta in hoc sœculo sustinérunt: ut vinculis carnis exutus, pervenire mereátur ad gloriam regni cœlestis, præstante Domino nostro Jesu Christo: qui cum Patre et Spi-

ritu Sancto vivit et regnat in sœcula sœculorum. R. Amen.

Tres piæ et utiles morientibus Orationes, cum tribus Pater noster et tribus Ave María in agone mortis recitandæ.

Primo dicitur: Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster, etc. Ave María, etc.

Oratio.

Domine Iesu Christe, per tuam sanctissimam agoniam et oratiōnem qua orásti pro nobis in monte Oliveti, quando factus est sudor tuus sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram, obsecro te, ut multitudinem sudoris tui sanguínei, quem præ timoris angustia copiosissime pro nobis effudisti, offérre et ostendere digneris Deo Patri omnipotenti contra multitudinem omnium peccatorum hujus famuli tui N.; et libera eum in hac hora mortis suæ ab omnibus penitentias, quas pro peccatis suis se timet meruisse. Qui cum Patre et Spíitu Sancto vivis, etc.

Secundo dicitur: Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster, etc. Ave María, etc.

Oratio.

Dómine Iesu Christe, qui pro nobis mori dignátus es in Cruce, óbsecro te, ut omnes amaritúdines passiónum et pœnárum tuárum, quas pro nobis miseris peccatóribus sustinuisti in Cruce, máxime in illa hora quando sanctissima áнима tua egréssa est de sanctíssimo cōpore tuo, offérre et osténdere dignérис Deo Patri omnipoténti pro ánimā hujus fámuli tui N., et libera eum in hac hora mortis ab ómnibus pœnis et passióníbus, quas pro peccátis suis se timet meruisse. Qui cum Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas, etc.

Tertio dicitur: Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster, etc. Ave Maria, etc.

Oratio.

Dómine Iesu Christe, qui per os Prophétæ dixisti: In caritatē perpétua diléxi te, ideo attráxi te miserans: óbsecro te, ut eámdem caritatem tuam, que te de cœlis in terram ad toleráandas ómnia passionum tuárum amaritúdines attráxit, offérre et osténdere dignérис Deo Patri omnipoténti pro ánimā hujus fámuli tui N., et libera eum ab ómnibus passió-

nibus et pœnis, quas pro peccátis suis timet se meruisse, et salva ánimam ejus in hac hora éxitus sui; áperi ei jānuam vitæ, et fac eum gaudére cum Sanctis tuis in glória ætérna. Et tu, piissime Dómine Iesu Christe, qui redemisti nos pretiosissimo sanguine tuo, miserere ánimæ hujus fámuli tui, et eam introducere dignérис ad semper viréntia et amórea loca paradísi, ut vivat tibi amóre in divisibili, qui a te et ab electis tuis nunquam separári potest. Qui cum Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas Deus in sæcula sæculórum.

R. Amen.

Formula benedictionis Apostolicae

et applicandi plenariam Indulgentiam constitutis in articulo mortis præscripta a Benedicto PP. XIV.

¶. Adjutorium nostrum in nōmine Dómini. R. Qui fecit cœlum et terram.

Ant. Ne reminiscáris, Dómine, delicta fámuli tui (*vel* ancillæ tuæ) neque vindictam sumas de peccátis ejus.

Kyrie eléison. Christe eléison.

Kyrie eléison. Pater noster.

V. Et ne nos inducas in tentationem. R. Sed libera nos a malo.

V. Salvum fac servum tuum (*vel* ancillam tuam). R. Deus meus, sperántem in te.

V. Domine, exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Clementissime Deus, Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, qui néminem vis perire in te credéntem atque sperántem, secundum multitúinem miseratiónum tuarum, respice propitius famulum tuum N. quem (*vel* ancillam tuam N. quam) tibi vera fides et spes christiana comméndant. Visita eum (eam) in salutari tuo, et per Unigeniti tui passionem et mortem omnium ei delictórum suórum remissiónem et veniam cleménter indúlge, ut ejus anima in hora exitus sui te iudicem propitiátum invénias, et in Sanguine ejusdem Filii tui ab omni mácula abluta, transfire ad vitam mereátur perpétuam. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Dicto ab uno ex adstantibus Confiteor etc. Sacerdos dicat: Misereáatur etc. Indulgéntiam etc.

Dóminus noster Jesus Christus, filius Dei vivi, qui beato Petro Apóstolo suo dedit potestátem ligándi atque solvéndi, per suam piíssimam misericordiam recipiat confessióne tuam et restituat tibi stolam primam, quam in baptismate recepisti: et ego facultáte, mihi ab Apostólica sede tribúta, indulgéntiam plenáriam et remissiónem ómnium peccatórum tibi concédo. In nomine Patris **+**, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

Per sacrosáncta humánæ reparatióinis mysteria remittat tibi omnipotens Deus omnes præsentis et futuræ vitæ poenas, paradisi portas apériat, et ad gaudia sempiterna perdueat. Amen.

Benedicat te omnipotens Deus Pater **+**, et Filius, et Spiritus Sanctus. Amen.

Si vero infirmus adeo sit morti proximus, ut neque confessionis generalis facienda, neque præmissarum precum recitandarum tempus suppetat, statim ei sacerdos benedictionem impetratur, incipiendo a verbis: *Ego facultáte, etc.*

In Expiratione.

*Assistens, sive Sacerdos pro moriente,
si ipse non potest, pronuntiet clara voce
JESU, JESU, JESU. Quod, et ea que
sequuntur, ad illius aures, si videbitur,
etiam saepius repetat.*

*In manus tuas, Dómine, comméndo
spíritum meum. Dómine Jesu
Christe, súscipe spíritum meum. San-
cta María, ora pro me. María Mater
gratiæ, Mater misericordiæ, tu me ab
hoste prótege, et hora mortis súscipe.*

*Egressa anima de corpore, statim di-
catur hoc:*

*R. Subvenite, Sancti Dei; occurrите,
Angeli Dómini, suscipiéntes ániam
ejus: offeréntes eam in conspéctu
Altissimi.*

*V. Suscipiat te Christus, qui vocá-
vit te, et in sinum Abrahæ Angeli
dedúcant te. R. Suscipiéntes ániam
ejus, offeréntes eam in conspéctu
Altissimi.*

*V. Réquiem æternam dona ei, Dó-
mine. R. Et lux perpétua luceat ei.
Offeréntes eam in conspéctu Altis-
simi.*

Kyrie eléison. Christe eléison.

Kyrie eléison. Pater noster, etc.

*V. Et ne nos inducas in tentatiō-
nem. R. Sed libera nos a malo.*

*V. Réquiem æternam dona ei, Dó-
mine. R. Et lux perpétua luceat ei.*

*V. A porta inferi. R. Erue, Dómi-
ne, ániam ejus.*

V. Requiescat in pace. R. Amen.

*V. Dómine, exaudi orationem me-
am. R. Et clamor meus ad te vé-
niat.*

*V. Dóminus vobiscum. R. Et cum
spíitu tuo.*

Orémus.

*Tibi, Dómine, commendámus án-
iam famuli tui N., ut defunctus
século tibi vivat, et quæ per fragi-
litatem humánæ conversationis pec-
cata commisit, tu vénia misericor-
dissimæ pietatis absterge. Per Chri-
stum Dóminum nostrum.*

R. Amen.

Exsequiarum Ordo.

*Parochus domum ingressus, ubi jacet
Cadaver, illud aspergit aqua benedicta:
mox dicit Antiphonam:*

Si iniquitates.

In Expiratione.

*Assistens, sive Sacerdos pro moriente,
si ipse non potest, pronuntiet clara voce
JESU, JESU, JESU. Quod, et ea que
sequuntur, ad illius aures, si videbitur,
etiam saepius repetat.*

*In manus tuas, Dómine, comméndo
spíritum meum. Dómine Jesu
Christe, súscipe spíritum meum. San-
cta María, ora pro me. María Mater
gratiæ, Mater misericordiæ, tu me ab
hoste prótege, et hora mortis súscipe.*

*Egressa anima de corpore, statim di-
catur hoc:*

*R. Subvenite, Sancti Dei; occurrите,
Angeli Dómini, suscipiéntes ániam
ejus: offeréntes eam in conspéctu
Altissimi.*

*V. Suscipiat te Christus, qui vocá-
vit te, et in sinum Abrahæ Angeli
dedúcant te. R. Suscipiéntes ániam
ejus, offeréntes eam in conspéctu
Altissimi.*

*V. Réquiem æternam dona ei, Dó-
mine. R. Et lux perpétua luceat ei.
Offeréntes eam in conspéctu Altis-
simi.*

Kyrie eléison. Christe eléison.

Kyrie eléison. Pater noster, etc.

*V. Et ne nos inducas in tentatiō-
nem. R. Sed libera nos a malo.*

*V. Réquiem æternam dona ei, Dó-
mine. R. Et lux perpétua luceat ei.*

*V. A porta inferi. R. Erue, Dómi-
ne, ániam ejus.*

V. Requiéscat in pace. R. Amen.

*V. Dómine, exaudi orationem me-
am. R. Et clamor meus ad te vé-
niat.*

*V. Dóminus vobiscum. R. Et cum
spíitu tuo.*

Orémus.

*Tibi, Dómine, commendámus án-
iam famuli tui N., ut defunctus
século tibi vivat, et quæ per fragi-
litatem humánæ conversationis pec-
cata commisit, tu vénia misericor-
dissimæ pietatis absterge. Per Chri-
stum Dóminum nostrum.*

R. Amen.

Exsequiarum Ordo.

*Parochus domum ingressus, ubi jacet
Cadaver, illud aspergit aqua benedicta:
mox dicit Antiphonam:*

Si iniquitates.

Psalmus 129.

De profundis clamávi ad te Dómine:
Dómine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendéntes, in
vocabem deprecationis meæ.

Si iniquitátes observáveris Dómine:
Dómine, quis sustinébit?

Quia apud te propitiatio est: et
propter legem tuam sustinui te Dó-
mine.

Sustinuit ánima mea in verbo ejus:
sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutina usque ad no-
ctem: speret Israël in Dómino.

Quia apud Dóminum misericordia:
et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse rédimet Israël, ex ómnibus
iniquitatibus ejus.

In fine. Réquiem aeternam dona
ei, Dómine, et lux perpetua luceat ei.

Et repetit Antiphonam totam: Si in-
iquitátes observáveris, Dómine: Dó-
mine, quis sustinébit?

Deinde Cadaver effertur, Parochus-
que de domo procedens, statim gravi
voce intonat:

Ant. Exsultabunt Dómino.

Et statim inchoat Psalmum 50.

Miserere mei Deus, secundum ma-
gnam misericordiam tuam.

Et secundum multititudinem miser-
icordiarum tuarum, dele iniquitatem
meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea:
et a peccato meo munda me.

Quóniam iniquitatem meam ego
cognosco: et peccatum meum contra
me est semper.

Tibi soli peccavi, et malum coram
te feci: ut justificeris in sermonibus
tuis, et vincas cum judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus concé-
ptus sum: et in peccatis concépit me
mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: incer-
ta, et occulta sapientiæ tuae mani-
festasti mihi.

Aspérges me hyssopo, et munda
bor: lavabis me, et super nivem de-
albabor.

Auditui meo dabis gaudium et læ-
titiam: et exsultabunt ossa humiliata.

Avérte faciem tuam a peccatis
meis: et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: et
spiritum rectum innova in viscéribus
meis.

Ne projicias me a facie tua: et
spiritum Sanctum tuum ne auferas
a me.

Redde mihi lætitiam salutáris tui:
et spíritu principálí confirma me.

Docébo iniquos vias tuas: et ímpii
ad te converténtur.

Libera me de sanguinibus Deus,
Deus salútis meæ: et exsultábit lin-
gua mea justitiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries: et os
meum annuntiabit laudem tuam.

Quóniam si voluisses sacrificium,
dedíssem útique: holocáustis non de-
lectáberis.

Sacrificium Deo spíritus contribu-
látus: cor contritum et humiliátum
Deus non despicies.

Benigne fac Dómine in bona vo-
luntáte tua Sion: ut aëdificentur muri
Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrificium justi-
tie, oblationes, et holocáusta: tunc
impónent super altáre tuum vítulos.
Réquiem etc.

*Ad ingressum Ecclesiae repetit Anti-
phonam:*¹

Exsultábunt Dómino ossa humiliáta.

*Deinde Ecclesiam ingressi, cantant
Responsoriū, Cantore incipiente, et*

¹ Si corpus non in Ecclesiam, sed statim ad Sepulcrum defertur, sequitur Antiphona: *In Para-
dísu*, pag. 203.

*Clero alternatim respondente, vide-
licet:*

Subveníte, Sancti Dei; occúrrite,
Angeli Dómini: Suscipiéntes ánima-
mam ejus: Offeréntes eam in conspéctu
Altissimi.

V. Suscipiat te Christus, qui vocá-
vit te: et in sinum Abrahæ Angeli
dedúcant te. R. Suscipiéntes ánima-
mam ejus: Offeréntes eam in conspéctu
Altissimi.

V. Réquiem aetérnam dona ei, Dó-
mine. R. Et lux perpétua lúceat ei.

Offeréntes eam in conspéctu Al-
tissimi.

*Deposito Feretro in medio Ecclesiae,
ita ut Defuncti pedes, si fuerit laicus,
sint versus Altare Majus, si vero fuerit
Sacerdos,¹ caput sit versum ipsum Altare,
et cereis accensis circa corpus,
statim, nisi quid impedit,² dicatur
Officium Mortuorum cum tribus No-*

¹ In Exequiis defuncti Sacerdotis præsenti
corpo locetur Crux ad caput Defuncti inter fere-
trum et Altare (S. R. C. 3. Sept. 1746), et Cele-
brans se sistit semper ad pedes Defuncti contra
Crucem.

² Si Cadaver delatum sit in Ecclesiam, Offi-
cium autem Mortuorum ad aliud tempus remi-
tatur, post Subveníte addi potest Kyrie, Pater noster
et Oratio Absolue cum aspersione (S. R. C. 7. Sept.
1850).

eturnis et Laudibus, et duo ex Clero incipient absolute Invitatorium: Regem, cui ómnia vivunt, venite adorémus, et repetitur a Clero: Regem, cui ómnia vivunt, etc. Ps. Venite, exsultémus, etc. et duplicantur Antiphonæ.

Ad finem Officii post Antiphonam Cantici Benedictus, etc. Ego sum resurrectio etc. dicitur Pater noster. secreto.

V. Et ne nos inducas in tentatiōnem. R. Sed libera nos a malo.

V. A porta inferi. R. Erue, Dómine, ánimam ejus.

V. Requíescat in pace. R. Amen.

V. Dómine exaudi oratiōnem meam. R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Absolve, quæsumus Dómine, ánimam famuli tui (*vel* fámulæ tuæ) N., ab omni vinculo delictórum: ut in resurrectiōnis glória inter Sanctos et Eléctos tuos resuscitátus (*vel* resuscitáta) respiret. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Dum in Officio dicuntur Laudes, Sacerdos cum Ministris paratur ad ce-

lebrandam Missam solemnem pro Defuncto, si tempus congruens fuerit, ut in die Depositionis in Missali Romano.

Quod si Missa solemnis, presente Cadavere, non celebratur, absolute dicit sequentem Orationem:

Non intres in iudicium cum servo tuo, Dómine, quia nullus apud te justificabitur homo, nisi per te ómnium peccatórum ei tribuátur remissio. Non ergo eum, quæsumus, tua judicialis sententia premat, quem tibi vera supplicatio fidei christiánæ comméndat: sed, grátia tua illi succurrente, mereáutur evadere iudicium ultiōnis, qui dum viveret, insignitus est signaculo sanctæ Trinitatis: Qui vivis et regnas in sǽcula sæculórum.

R. Amen.

Deinde, Parochio vel Cantore incipiente, circumstantes cantant sequens

R. Libera me, Dómine, de morte aeterna in die illa tremenda: * Quando cœli móvendi sunt, et terra: * Dum vénéreris judicare sǽculum per ignem.

V. Tremens factus sum ego, et timeo, dum discussio vénierit, atque ventúra ira. R. Quando cœli móvendi sunt, et terra,

¶. Dies illa, dies iræ, calamitatis et misericordiae, dies magna, et amara valde. R. Dum veneris judicare saeculum per ignem.

¶. Requiem aeternam dona eis, Domine: et lux perpetua luceat eis. R. Libera me, Domine, de morte aeterna in die illa tremenda.

¶. Quando celi movendi sunt, et terra. R. Dum veneris judicare saeculum per ignem.

Dum cantatur predictum Responsorium, Sacerdos accipit incensum de nivalicia et ponit in thuribulum.

Tum ipse Sacerdos dicit:

¶. Kyrie eleison. Christe eleison.

¶. Kyrie eleison.

Pater noster. secreto.

Interim accipit Aspersorium aquæ benedictæ, et facta profunda inclinatione Crucis, que est ex adverso, aspergit corpus Defuncti (si transit ante Sacramentum gemflectit); deinde reversus ad locum suum, accipit thuribulum, et eodem modo circuit feretrum, et corpus incensat, ut asperserat, postea dicit:

¶. Et ne nos inducas in tentationem. R. Sed libera nos a malo.

¶. A porta inferi. R. Erue, Domine, animam ejus.

¶. Requiescat in pace. R. Amen.

¶. Domine, exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat.

¶. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Deus, cui proprium est misereri semper, et parcere: te supplices exoramus pro anima famuli tui N. (vel ancillæ tuæ N.), quam hodie de hoc saeculo migrare jussisti; ut non tradas eam in manus inimici, neque obliviscaris in finem, sed juberas eam a sanctis Angelis suscipi, et ad patriam Paradisi perduci: ut quia in te speravist et credidist, non penas inferni sustineat, sed gaudia aeterna possideat. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Si defunctus fuerit Sacerdos, in Oratione dicatur: pro anima famuli tui N. Sacerdotis, quam hodie, etc.

Finita Oratione, si tunc deferendum sit corpus ad Sepulchrum, dum portatur canitur

Antiphona: In Paradisum deducant te Angeli: in tuo adventu suscipiant te Martyres, et perducant te in civitatem sanctam Jerusalem. Chorus

Angelorum te suscipiat, et cum Lázaro quondam paúpere æternam hábeas réquiem.

Cum autem pervenerit ad Sepulchrum, si non est benedictum, Sacerdos illud benedicit, dicens hanc Orationem:

Orémus.

Deus, cujus miseratione animæ fidélium requiéscunt, hunc tumulum bene ✠ dicere dignare, eique Angelum tuum sanctum députa custodem; et quorum, quarumque corpora hic sepeliuntur, animas eorum ab omnibus absolve vineulis delictorum, ut in te semper cum Sanctis tuis sine fine lætentur. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Dicta Oratione, Sacerdos aqua benedicta aspergat, deinde incenset corpus Defuncti et tumulum.

Quod si corpus tunc ad Sepulturam non deferatur, omisso Responsorio In Paradisum, etc., intonat statim Antiph. Ego sum.

Canticum Zachariae. Luc. 1.9.

Benedictus Dóminus Deus Israël: Bquia visitávit, et fecit redemptiōnem plebis suae.

Et eréxit cornu salútis nobis, in domo David pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctórum, qui a sǽculo sunt, Prophetárum ejus.

Salutem ex inimicis nostris, et de manu ómnium, qui odérunt nos.

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris: et memorári testamenti sui sancti.

Jusjurándum, quod jurávit ad Abraham patrem nostrum: datúrum se nobis.

Ut sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati, serviámus illi.

In sanctitatē et justitia coram ipso, omnibus diébus nostris.

Et tu, puer, Prophéta Altissimi vocáberis: prælibis enim ante fáciem Dómini, paráre vias ejus.

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus: in remissióne peccatorum eorum.

Per viscera misericordiae Dei nostri: in quibus visitávit nos, óriens ex alto.

Illuminare his, qui in ténebris, et in umbra mortis sedent: ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.

Réquiem æternam etc.

Ant. Ego sum resurréctio et vita: qui credit in me, étiam si mórtuus fúerit, vivet: et omnis qui vivit et credit in me, non moriétur in æternum.

Postea Sacerdos dicit:

Kyrie éléison. Christe éléison.
Kyrie éléison. Pater noster. *secreto.*

Interim corpus aspergit.

V. Et ne nos indúcas in tentatió-
nem. *R.* Sed líbera nos a malo.

V. A porta inferi. *R.* Erue, Dó-
mine, ánimam ejus.

V. Requíescat in pace. *R.* Amen.

V. Dómine, exaudi oratióne-
mam. *R.* Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobiscum. *R.* Et cum
spiritu tuo.

Orémus.

Pro Defuncto. Oratio.

*F*ac, quæsumus Dómine, hanc cum
servo tuo defuncto misericordiam,
ut factórum suórum in pœnis non re-
cipiat vicem, qui tuam in votis tenuit
voluntátem; ut, sicut hic eum vera
fides junxit fidélium turmis, ita illuc
eum tua miserátio sóciét Angéli-

cis choris. Per Christum Dóminum
nostrum. *R.* Amen.

Orémus.

Pro Defuncta. Oratio.

*F*ac, quæsumus Dómine, hanc cum
fámula tua defuncta misericordiam,
ut factórum suórum in pœnis
non recipiat vicem, quæ tuam in votis
tenuit voluntátem; ut, sicut hic
eam vera fides junxit fidélium tur-
mis, ita illuc eam tua miserátio só-
ciét Angélicis choris. Per Christum
Dóminum nostrum. *R.* Amen.

V. Réquiem æternam dona ei, Dó-
mine. *R.* Et lux perpétua luceat ei.

V. Requíescat in pace. *R.* Amen.

V. Anima ejus, et ánimæ ómnium
fidélium defunctórum per misericor-
diám Dei requíescant in pace.

R. Amen.

*Deinde a sepultura in Ecclesiam, vel
in Sacristiam revertentes, dicant sine
cantu Antiphonam: Si iniquitátes, cum
Psalmo: De profundiis, etc., Réquiem
æternam dona eis, Dómine, etc.*

De Exsequiis Parvulorum.

Cum igitur Infans, vel Puer baptizatus defunctus fuerit ante usum rationis,¹ induitur juxta etatem, et imponitur ei corona de floribus, seu de herbis aromaticis et odoriferis, in signum integratatis carnis et virginitatis; Parochus superpelliceo et stola alba indutus, et alii de Clero, si adsint, praecedente Cruce, quæ sine hasta defertur, accedunt ad dominum Defuncti cum Clerico aspersorum deferente. Dominum ingressus Sacerdos aspergit corpus, deinde dicit: Antiph. Sit nomen Dómini.

Psalmus 112.

Laudáte, pueri, Dóminum; laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedictum: ex hoc nunc, et usque in sǽculum.

A solis ortu usque ad occasum, laudabile nomen Dómini.

Excélsus super omnes gentes Dóminus: et super cœlos glória ejus.

Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat, et humilia réspicit in cœlo et in terra?

¹ Communiter censentur ii, qui septimum nondum compleverunt annum, nisi malitia suppleat etatem.

Súscitans a terra ínopem: et de stercore érigens paúperem:

Ut collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui.

Qui habitare facit stérilem in domo, matrem filiorum lætántem.

Glória Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sǽcula sǽculorum. Amen.

Antiph. Sit nomen Dómini benedictum, ex hoc nunc et usque in sǽculum.

Dum portatur ad Ecclesiam, dicatur Psalmus 118.

Beáti immaculati in via, qui ámbulant in lege Dómini.

Beáti qui serutántur testimónia ejus; in toto corde exquirunt eum.

Non enim qui operántur iniquitatem, in viis ejus ambulavérunt.

Tu mandásti mandáta, tua custodiri nimis.

Utinam dirigántur viæ meæ, ad custodiéndas justificatiōnes tuas!

Tunc non confundar, cum perspèxero in ómnibus mandatís tuis.

Confitébor tibi in directiōne cordis: in eo quod didici judicia justitiæ tuæ.

Justificatiōnes tuas custódiam: non
me derelinquas usquequāque.

In quo cōrrigit adolescentior viam
suam? in custodiēdo sermōnes tuos.

In toto corde meo exquisivi te; ne
répellas me a mandatis tuis.

In corde meo abscóndi eloqua tua,
ut non peccem tibi.

Benedictus es, Dómine: doce me
justificatiōnes tuas.

In lábiis meis pronuntiāvi ómnia
judicia oris tui.

In via testimoniōrum tuórum dele-
ctátus sum, sicut in ómnibus divitīs.

In mandatis tuis exercébor; et con-
siderábo vias tuas.

In justificatiōnibus tuis meditábor:
non oblifiscar sermōnes tuos.

Gloria Patri, etc.
Et si tempus superest, dici potest:

Psalmus 148.

Laudáte Dóminum de cœlis: laudáte
eum in excélsis.

Laudáte eum omnes Angeli ejus:
laudáte eum omnes virtutes ejus.

Laudáte eum sol et luna: laudáte
eum omnes stellæ et lumen.

Laudáte eum cœli cœlōrum: et
aquæ omnes, quæ super cœlos sunt,
laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, et facta sunt: ipse
mandávit, et créata sunt.

Státuit ea in aetérnum, et in sæ-
culum sæculi: præcéptum pósuit, et
non praeteribit.

Laudáte Dóminum de terra: dracō-
nes et omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, gláicies, spiritus
procellárum: quæ fáciunt verbum
ejus.

Montes et omnes colles: ligna fru-
ctifera et omnes cedri:

Béstiae et univérsa pécora: serpén-
tes et vólucres pennatæ:

Reges terræ, et omnes pôpuli:
príncipes, et omnes júdices terræ.

Júvenes et vîrgines, senes cum ju-
nióribus laudent nomen Dómini: quia
exaltatum est nomen ejus solius.

Confessio ejus super cœlum et ter-
ram: et exaltavit cornu pôpuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis ejus: fi-
liis Israël, pôpulo appropinquanti sibi.

Psalmus 149.

Cantáte Dómino canticum novum:
laus ejus in Ecclésia Sanetórum.

Lætetur Israël in eo, qui fecit eum:
et filii Sion exsultent in Rege suo.

Laudent nomen ejus in choro: in
týmpano, et psaltério psallant ei.

Quia beneplácitum est Dómino in
pópulo suo: et exaltábit mansuétos
in salútem.

Exsultábunt Sancti in glória: læta-
búntur in cubilibus suis.

Exaltatiónes Dei in gútture eórum;
et gládii ancípites in mánibus eórum.

Ad faciéndam vindictam in natió-
nibus: increpatiōnes in pópulis.

Ad alligándos reges eórum in com-
pédibus: et nóbiles eórum in mánicis
férreis.

Ut faciāt in eis iudiciū conscrip-
tum: glória hæc est ómnibus Sanctis
eius.

Psalmus 150.

Laudáte Dóminum in sanctis ejus:
Laudáte eum in firmaménto vir-
tutis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus:
laudáte eum secúndum multitudinem
magnitudinis ejus.

Laudáte eum in sono tubæ: lau-
dáte eum in psaltériō et cithara.

Laudáte eum in týmpano, et choro:
laudáte eum in chordis et órgano.

Laudáte eum in cýmbalis benes-
nántibus: laudáte eum in cýmbalis
jubilatiónis: omnis spíritus laudet
Dóminum. — Glória Patri, etc.

Cum autem pervaenerit ad Ecclesiam,
dicatur:

Antiph. Hic accípiet.

Psalmus 23.

Dómini est terra, et plenitúdo ejus:
orbis terrárum, et univérsi, qui
hábitant in eo.

Quia ipse super mária fundávit
eum: et super flúmina præparávit
eum.

Quis ascéndet in montem Dómini?
aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens mánibus, et mundo corde,
qui non accépit in vano ániam su-
am, nec jurávit in dolo próximo suo.

Hic accípiet benedictiōnem a Dó-
mino, et misericórdiam a Deo salu-
tári suo.

Hæc est generatiō queréntium eum,
queréntium fáciem Dei Jacob.

Attollite portas, príncipes, vestras,
et elevámini portæ æternáles: et in-
troibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? Dómi-
nus fortis et potens, Dóminus potens
in prælio.

Attollite portas, príncipes, vestras,
et elevámini portæ æternáles: et in-
troibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex glòriæ? Dóminus virtutum, ipse est Rex glòriæ.

Glòria Patri, etc.

Antiph. Hic accipiet benedictiōnem a Dómino, et misericordiam a Deo salutari suo: quia hæc est generatio quærētūm Dóminum.

Postea dicitur:

Kyrie éléison. Christe éléison.
Kyrie éléison. Pater noster. *secreto.*

Interim corpus aspergit.

V. Et ne nos inducas in tentatiōnem. *R.* Sed libera nos a malo.

V. Me autem propter innocētiām suscepisti. *R.* Et confirmasti me in conspectu tuo in æternū.

V. Dóminus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

Orémus.

*O*mnipotens et mitissime Deus, qui ómnibus párvulis renátis fonte Baptismatis, dum migrant a sǽculo, sine ullis eorū méritis, vitam illíco largiris æternā, sicut animæ hujus párvuli hodie crédimus te fecisse: fac nos, quæsumus, Dómine, per intercessiōnem beatæ Mariæ semper Virginis, et ómnium Sanctórum tuórum, hic purificatis tibi méntibus fa-

mulāri, et in Paradiso cum beatis párvulis perénmiter sociāri. Per Christum Dóminum nostrum. *R.* Amen.

Dum portatur ad tumulum, et etiam si tunc non portetur, dicitur:

Antiph. Júvenes.

Ps. 148. Laudáte Dóminum, etc., pag. 210.

In fine Glòria Patri, etc.

Antiph. Júvenes et virgines, senes cum júnioribus laudent nomen Dómini.

Kyrie éléison. Christe éléison.
Kyrie éléison. Pater noster. *secreto.*

V. Et ne nos inducas in tentatiōnem. *R.* Sed libera nos a malo.

V. Sinite párvulos venire ad me. *R.* Taliū est enim regnum cœlōrum.

V. Dóminus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

Orémus.

*O*mnipotens sempiterne Deus, sanctæ puritatis amátor, qui animam hujus párvuli ad cœlōrum regnum hodie misericorditer vocare dignatus es: dignéris etiam, Dómine, ita nobiscum misericorditer agere, ut méritis tuae sanctissimæ Passiōnis, et intercessione beatæ Mariæ semper

Virginis, et ómnium Sanctórum tuórum, in eódem regno nos cum ómnibus Sanctis et Eléctis tuis semper fáciás congaudére: Qui vivis et regnas eum Deo Patre, in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum. Rg. Amen.

Deinde Sacerdos corpus aspergat aqua benedicta, et thurifacet, similiter et tumulum: postea sepeliatur.

Cum autem a sepultura revertuntur in Ecclesiam, seu Sacristiam, dicatur: Antiph. Benedicite.

Canticum trium Puerorum.

Dan. 3.

Benedicite ómnia ópera Dómini Dómino: laudáte et superexaltáte eum in sǽcula.

Benedicite Angeli Dómini Dómino: benedicite cœli Dómino.

Benedicite aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, Dómino: benedicite omnes virtutes Dómini Dómino.

Benedicite sol et luna Dómino: benedicite stellæ cœli Dómino.

Benedicite omnis imber et ros Dómino: benedicite omnes spíritus Dei Dómino.

Benedicite ignis et æstus Dómino: benedicite frigus et æstus Dómino.

Benedicite rores et pruina Dómino: benedicite gelu et frigus Dómino.

Benedicite gláicies et nives Dómino: benedicite noctes et dies Dómino.

Benedicite lux et ténebræ Dómino: benedicite fulgura et nubes Dómino.

Benedicat terra Dóminum: laudet, et superexaltet eum in sǽcula.

Benedicite montes et colles Dómino: benedicite univérsa germinántia in terra Dómino.

Benedicite fontes Dómino: benedicite mária et flúmina Dómino.

Benedicite cete, et ómnia, quæ móventur in aquis, Dómino: benedicite omnes vólucres cœli Dómino.

Benedicite omnes béstiae et pécora Dómino: benedicite filii hóminum Dómino.

Benedicat Israël Dóminum: laudet et superexaltet eum in sǽcula.

Benedicite sacerdótes Dómini Dómino: benedicite servi Dómini Dómino.

Benedicite spíritus et ánimæ justórum Dómino: benedicite sancti et húmiles corde Dómino.

Benedicite Ananía, Azaría, Misael Dómino: laudáte et superexaltáte eum in sǽcula.

Benedicámus Patrem et Filium cum Sancto Spíitu: laudémus et superexaltémus eum in sǽcula.

Benedictus es Dómine in firma-
ménto cœli: et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus in sǽcula.

Ant. Benedicite Dóminum, omnes
electi ejus, ágite dies lætificie et con-
fitémini illi.

Deinde ante Altare Sacerdos dicit:

X. Dóminus vobiscum.

R. Et cum spíitu tuo.

Orémus.

D eus, qui miro órdine Angelórum
ministéria, hominúmque dispénsas:
concéde propítius, ut a quibus
tibi ministrántibus in cœlo semper
assístitur, ab his in terra vita nostra
muniáatur. Per Christum Dóminum
nostrum. *R. Amen.*

Ritus celebrandi

Matrimonii Sacramentum.

Parochus igitur Matrimonium cele-
braturus, superpelliceo et alba stola in-
dutus, coram tribus aut duobus testibus,
virum et mulierem, de consensu in Ma-
trimoniū interroget, utrumque singil-
latim in hunc modum vulgari sermone:

N. vis accipere N. hic præsentem
in tuam legitimam uxorem juxta ri-
tum sanctæ matris Ecclesiæ?

Respondeat Sponsus: Volo.

Mox Sacerdos Sponsam interroget:

N. vis accipere N. hic præsentem
in tuum legitimum maritum juxta
ritum sanctæ matris Ecclesiæ?

Respondeat Sponsa: Volo.

*Mutuo igitur contrahentium consensu
intellecto, Sacerdos jubeat eos invicem
jungere dexteras, dicens:*

Ego conjúngo vos in matrimonium,
in nōmine Patris **†**, et Filii, et Spi-
ritus Sancti. Amen.

Mox benedicat annulum.

Benedictio Annuli.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini. **R.** Qui fecit cœlum et terram.

V. Dómine, exaudi oratiórem meam. **R.** Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobiscum. **R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Bénedic, ♫ Dómine, ánnulum hunc, quem nos in tuo nómine benediciamus ♫, ut quæ eum gestáverit, fidelitatēm integrām suo sposo tēnens, in pace, et voluntatē tua permáeat, atque in mútua caritatē semper vivat. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Deinde Sacerdos aspergat annulum aqua benedicta in modum crucis; et sponsus acceptum annulum de manu Sacerdotis imponit in dígito annulari sínistræ manus sponsæ, Sacerdote dicente:

In nómine Patris, ♫ et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

Mox subjungat:

V. Confirma hoc, Deus, quod operátus es in nobis. **R.** A templo sancto tuo, quod est in Jerúsalem.

Kýrie éléison. Christe éléison.
Kýrie éléison. Pater noster. *secreto.*

V. Et ne nos indúcas in tentatió nem. **R.** Sed libera nos a malo.

V. Salvos fac servos tuos. **R.** Deus meus, sperántes in te.

V. Mitte eis, Dómine, auxilium de sancto. **R.** Et de Sion tuére eos.

V. Esto eis, Dómine, turris fortitudinis. **R.** A facie inimici.

V. Dómine, exaudi oratiórem meam. **R.** Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobiscum. **R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Réspice, quæsumus Dómine, super hos fámulos tuos: et institútis tuis, quibus propagatiórem humáni generis ordinasti, benignus assiste; ut qui te auctóre junguntur, te auxiliante serventur. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

His expletis, si benedicendæ sint nuptiae, Parochus Missam pro Sponsō et Sponsa, ut in Missali Romano, celebret, servatis omnibus, quæ ibi præscribuntur.

• • •

De benedictione mulieris post partum.

Si qua puerpera post partum, juxta piam ac laudabilem consuetudinem, ad Ecclesiam venire voluerit, pro incolumentate sua Deo gratias actura, petierit que a Sacerdote benedictionem, ipse super pelliceo et stola alba indutus, cum ministro aspergillum deferente, ad fores Ecclesiae accedat, ubi illum foris ad lumen genitricem, et candelam accensam in manu tenentem, aqua benedicta asperget, deinde dicat:

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini. R. Qui fecit celum et terram.

Ant. Hæc accipiet.

Psalmus 23.

Domini est terra, et plenitudo ejus:
Orbis terrarum, et universi qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum; et super flumina preparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini?
aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus, et mundo corde:
qui non accipit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino: et misericordiam a Deo salutari suo.

Hæc est generatio querentium eum,
querentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes vestras,
et elevamini portæ aeternales: et introibit rex gloriae.

Quis est iste rex gloriae? Dominus fortis et potens, Dominus potens in prælio.

Attollite portas principes vestras,
et elevamini portæ aeternales: et introibit rex gloriae.

Quis est iste rex gloriae? Dominus virtutum ipse est rex gloriae.

Glòria Patri, etc.

Et repetitur Antiphona: Hæc accipiet benedictionem a Domino, et misericordiam a Deo salutari suo;
quia hæc est generatio querentium Dominum.

Deinde porrigenz ad manum mulieris extremam partem stolæ, eam introducit in Ecclesiam, dicens:

Ingrédere in templum Dei, adorare Filium beatæ Mariæ Virginis qui tibi fœconditatem tribuit prolis.

Et ipsa ingressa, genuflectit coram Altari, et orat, gratias agens Deo de beneficiis sibi collatis: et Sacerdos dicit:

Kyrie eleison. Christe eleison.
Kyrie eleison.

Pater noster. *secreto.*

V. Et ne nos inducas in tentatiō-
nem. R. Sed libera nos a malo.

V. Salvam fac ancillam tuam, Dó-
mine. R. Deus meus, sperántem
in te.

V. Mitte ei, Dómine, auxilium de
sancto. R. Et de Sion tuére eam.

V. Nihil proficiat inimicus in ea.
R. Et filius iniquitatis non appónat
nocére ei.

V. Dómine, exaudi oratiōnem me-
am. R. Et clamor meus ad te vé-
niat.

V. Dóminus vobiscum. R. Et cum
spíitu tuo.

Orémus.

Omnipotens, sempiterne Deus, qui
per beatæ Mariæ Virginis partum
fidélium pariéntium dolores in gaú-
dium vertisti: respice propitius super
hanc fámulam tuam, ad templum
sanctum tuum pro gratiarum actiōne
lætam accédentem; et præsta, ut post

hanc vitam, ejusdem beatæ Mariæ
méritis, et intercessióne, ad ætérnæ
beatitudinis gaúdia cum prole sua
pervenire mereátur. Per Christum
Dóminum nostrum.

R. Amen.

*Deinde illam aspergit iterum aqua
benedicta in modum crucis, dicens:*

Pax et beneficium Dei omnipotén-
tis, Patris **X**, et Filii, et Spíritus
Sancti, descendat super te, et maneat
semper. Amen.



*Postea rem aspergat Aqua benedicta,
et ubi notatum fuerit, pariter incenset,
nihil dicendo.*

*Cum Sacerdos aliquid benedicturus
est, habeat ministrum cum vase Aque
benedictæ et Aspergillo, et cum hoc vel
alio Rituali libro, seu Missali.*

*Caveat, ne benedictionis causa ponat
aliquid indecens super Altare, veluti
esculentia; sed quod ejusmodi est, pona-
tur super mensam, commodo loco pa-
ratam.*

**Ordo ad faciendam aquam bene-
dictam.**

Exorcismus salis.

V. Adjutorium nostrum in nomine
Domini. **R.** Qui fecit cœlum et
terrā;

Exorcizo te, creatura salis, per De-
um ✠ vivum, per Deum ✠ verum,
per Deum ✠ sanctum, per Deum qui
te per Elisæum prophétam in aquam
mitti jussit, ut sanaréetur sterilitas
aqua: ut efficiaris sal exorcizatum
in salutem credentium; et sis omnibus
sumentibus te sánitas animæ et
corporis: et effugiat, atque discédat

Pars IV.

Benedictiones selectæ.

Regulae generales.

*Noverit Sacerdos, quarum rerum be-
nedictiones ad ipsum, et que ad Epi-
scopum suo p̄re pertineant, ne majoris
dignitatis munera temere, aut imperite
unquam usurpet propria auctoritate.*

*In omni benedictione extra Missam,
Sacerdos saltē superpelliceo, et stola
pro ratione temporis utatur, nisi aliter
in Missali aut Rituali notetur.*

*Stando semper benedicat, et detecto
capite.*

*In principio cuiusque benedictionis
dicat:*

V. Adjutorium nostrum in nomine
Domini. **R.** Qui fecit cœlum et terrā.

V. Dominus vobiscum. **R.** Et cum
spiritu tuo.

*Deinde dicatur Oratio propria, una,
vel plures, prout suo loco notatum
fuerit.*

a loco, in quo aspérsum fúeris, omnis phantasia et nequitia, vel versútia diabólicæ fraudis, omnísque spíritus immundus, per eum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sǽculum per ignem. R. Amen.

Orémus.

VALERE FLAMMAM
IMMENSAM CLEMÉNTIAM TUAM, OMNÍ-
POTENS ÆTERNE Deus, humiliiter
implorámus: ut hanc creatúram salis
quam in usum géneris humáni tri-
buisti, bene ✕ dicere, et sancti- ✕
ficáre tua pietáte dignérис: ut sit
ómnibus suméntibus salus mentis et
córporis: et, quidquid ex eo tactum,
vel respérsum fúerit, cáreat omni
immunditia, omnique impugnatióne
spirituális nequitiæ. Per Dóminum
nostrum Jesum Christum Fílium
tuum, etc. R. Amen.

Exorcismus aquæ.

Exorcizo te creatúra aquæ, in nó-
mine Dei ✕ Patris omnipoténtis,
in nómíne Jesu ✕ Christi, Fílli ejus,
Dómini nostri, et in virtúte Spíritus
✚ Sancti: ut fias aqua exorcizáta ad
effugándam omnem potestátem ini-
mici, et ipsum inimicum eradicáre, et
explantáre váleas cum ángelis suis

apostáticis: per virtútem ejúsdem
Dómini nostri Jesu Christi, qui ven-
turus est judicáre vivos et mórtuos,
et sǽculum per ignem. R. Amen.

Orémus.

Deus, qui ad salútē humáni géne-
ris máxima quæque sacraménta
in aquárum substántia condidísti:
adéstō propitius invocatióibus no-
stris et eleménto huic, multimodis
purificationib⁹ præparáto, virtútem
tuæ bene + dictiōnis infúnde; ut
creatúra tua, mystériis tuis sérviens,
ad abigéndos dæmones, morbósque
pelléndos divinæ grátiæ sumat effe-
ctum: ut, quidquid in dómibus, vel
in locis fidélium hæc unda respér-
serit, cáreat omni immunditia, libe-
réatur a noxa: non illie resideat spí-
ritus pestilens, non aura corrúpens:
discéndant omnes insídiae laténtis ini-
mici: et si quid est, quod aut incolu-
mitati habitántium invidet, aut quieti,
aspersiōne hujus aquæ effúgiat, ut
salubritas per invocationem sancti
tui nómínis expetita, ab ómnibus sit
impugnatióibus defénsa. Per Dó-
minum nostrum. R. Amen.

*Hic ter mittatur sal in aquam in
modum crucis dicendo semel: Commix-*

tio salis et aquæ páriter fiat in nōmine Pa⁺ tris, et Fi⁺ lii, et Sp̄iritus ⁺ Sancti. R. Amen.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum
spíitu tuo.

Orémus.

Deus, invictæ virtutis auctor et in-
superabilis impérii rex, ac sem-
per magnificus triumphátor, qui ad-
vérse dominatiónis vires réprimis:
qui inimici rugiéntis sævitiam supe-
ras; qui hostiles nequitias poténter
expúgnas: te, Dómine, treméntes et
súpplices deprecámur, ac pétimus,
ut hanc creatúram salis et aquæ
dignánter aspicias, benignus illústres,
pietatis tuæ rore sanctifíces, ut, ubi-
cumque fúerit aspérsa, per invoca-
tióne sancti nōminis tui omnis in-
festatio immundi spíritus abigátur,
terrórque venenosi serpéntis procul
pellátur, et præsentia Sancti Sp̄iritus
nobis misericórdiam tuam poscéntibus
ubique adesse dignéatur. Per Dómi-
num nostrum Iesum Christum Fi-
lium tuum: Qui tecum vivit.

R. Amen.

Benedictio imaginis vel numismatis.

V. Adjutórium nostrum in nōmine
Dómini. R. Qui fecit cœlum et
terram.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum
spíitu tuo.

Orémus.

Omnipotens, sempiterne Deus, qui
sanctórum tuorum imágines (*sive*
effigies) sculpi aut pingi non répro-
bas, ut quóties illas oculis cōporis
intuémur, tóties eórum actus et san-
ctitatem ad imitandum memoriæ oculi-
lis meditémur: hanc, quæsumus, imá-
ginem (*seu* sculptúram) in honórem
et memoriā unigéniti Filiī tui Dó-
mini nostri Iesu Christi (*vel* beatissi-
mæ Virginis Mariæ, matris Dómini
nostri Iesu Christi, *vel* beati N. Apó-
stoli tui, *vel* Mártiris, *vel* Confessóris,
aut Pontificis, *aut* Virginis) adaptátam
bene ⁺ dicere, et sancti ⁺ ficare
dignéris: et præsta, ut quicúmque
coram illa unigénitu Filio tuum
(*vel* beatissimam Virginem, *vel* glo-
riósūm Apóstolum, *sive* Mártirem,
sive Confessorem, *aut* Virginem) sup-
pliciter cólere et honorare studéuerit,

illius méritis et obténtu, a te grátiam in præsénti et ætérnam glóriam obtíneat in futúrum. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Deinde aspergit aqua benedicta.

Benedictio novæ crucis.

¶. Adjutórium nostrum in nómine Dómini. R. Qui fecit cœlum et terram.

¶. Dómine exaudi oratióne meam. R. Et clamor meus ad te véniat.

¶. Dóminus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Si fuerint plures, mutetur numerus.

Orémus.

Rogámus te, Dómine sancte, Pater Omnipotens, aetérne Deus, ut dignérис bēne ✕ dicere hoc signum crucis tuæ, ut sit remédium salutare generi humano, sit soliditas fidei, profectus bonorum operum, redemptio animarum, sit solámen, et protetio, ac tutela contra sæva jacula inimicorum. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Deinde aspergit aqua benedicta.

Alia Oratio ad idem.

Orémus.

Béne ✕ dic, Dómine Iesu Christe, hanc crucem tuam, per quam eripuisti mundum a potestáte dæmonum et superásti passióne tua suggestórem peccati, qui gaudébat in prævaricatione primi hominis per ligni vétiti sumptiōnem. (*Hic aspergit aqua benedicta.*) Sanctificétur hoc signum crucis in nómine Patris ✕, et Filii ✕, et Spíritus ✕ Sancti, ut orántes inclinantesque se propter Dóminum ante istam crucem invéniant corporis et animæ sanitátem. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Postea Sacerdos genuflexus ante crucem devote adorat et osculatur, et idem faciunt quicumque voluerint.

Benedictio candelarum

extra diem Purificationis B. Mariae V.

¶. Adjutórium nostrum in nómine Dómini. R. Qui fecit cœlum et terram.

¶. Dóminus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Dómine Iesu Christe, Fili Dei vivi,
béné ✕ dic candélas istas sup-
plicationibus nostris: infúnde eis,
Dómine, per virtutem sanctæ crux ✕
cís, benedictionem cœlestem, qui eas
ad repelléndas ténebras humáno gé-
neri tribuisti; talémque benedictio-
nem signáculo sanctæ crux ✕ cis ac-
cipiant, ut quibuscumque locis accén-
sæ sive positæ fúerint, discéendant
príncipes tenebrárum et contremi-
scant, et fúgiant pávidi cum ómnibus
ministris suis ab habitatióibus illis,
nec præsumant amplius inquietare
aut molestare servientes tibi omni-
potenti Deo, qui vivis et regnas in
sæcula sæculorum. R. Amen.

Postea aspergantur aqua benedicta.

Benedictio domorum

in Sabbato Sancto Paschæ.

Párochus, ingrediens domum, dicit:
Pax huic domui, et ómnibus habi-
tántibus in ea.

Deinde aspergens loca præcipua do-
mus, et eos qui habitant in ea, dicit

Antiph. Vidi aquam egredientem
de templo a látere dextro, allelúja:

et omnes, ad quos pervenit aqua
ista, salvi facti sunt, et dicent: alle-
lúja, allelúja.

*Psalmus. Confitémini Dómino, quó-
niam bonus; quóniam in sæculum
misericordia ejus.*

X. Glória Patri, etc.

Repetitur Antiph. Vidi aquam, etc.

Deinde dicit:

X. Osténde nobis, Dómine, miseri-
cordiam tuam, allelúja. R. Et salu-
táre tuum da nobis, allelúja.

X. Dómine, exaudi oratiómem me-
am. R. Et clamor meus ad te véniat.

X. Dóminus vobiscum. R. Et cum
spiritu tuo.

Orémus.

Exaudi nos, Dómine sancte, Pater
omnipotens, æterne Deus: et sic-
ut domos Hebræorum in éxitu de
Agypto, agni sanguine linítas (quod
pascha nostrum, in quo immolátus est
Christus, figurabat), ab Angelo per-
cutiénte custodisti; ita mittere dignéris
sanctum Angelum tuum de cœlis, qui
custodiát, fóveat, prótegat, visitet, at-
que deféndat omnes habitantes in hoc
habitáculo. Per eúmdem Christum
Dóminum nostrum. R. Amen.

Benedictio agni paschalis.

V. Adjutórium nostrum in nómíne Dómini. **R.** Qui fecit cœlum et terram.

V. Dóminus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Deus, qui per fámulum tuum Móysen, in liberacióne pôpuli tui de Ægypto, agnum occidi jussisti in similitúdinem Dómini nostri Jesu Christi, et utrósque postes domórumb de sanguine ejúsdem agni pertungi præcepisti: tu bene ✠ dicere, et sancti ✠ ficare dignéris hanc créaturam carnis, quam nos fámuli tui ad laudem tuam súmere desiderámus, per resurrectiōnem ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi: Qui tecum vivit et regnat in sâcula sâculorūm. **R.** Amen.

Et mox aspergat aqua benedicta.

Benedictio ovorum.

V. Adjutórium nostrum in nómíne Dómini. **R.** Qui fecit cœlum et terram.

V. Dóminus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Subvéniat, quæsumus Dómine, tuae bene ✠ dictiōnis grátia, huic ovo-rum créaturæ: ut cibus salubris fiat fidélibus tuis, in tuárum gratiárum actiōne suméntibus, ob resurrectiōnem Dómini nostri Jesu Christi: Qui tecum vivit et regnat in sâcula sâculorūm. **R.** Amen.

Et aspergat aqua benedicta.

Benedictio panis.

V. Adjutórium nostrum in nómíne Dómini. **R.** Qui fecit cœlum et terram.

V. Dóminus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Dómine Jesu Christe, panis Ange- lorum, panis vivus aëternæ vitæ, bene ✠ dicere dignare panem istum, sicut benedixisti quinque panes in deserto: ut omnes ex eo gustantes inde corporis et animæ percipiāt sanitatem. Qui vivis et regnas in sâcula sâculorūm. **R.** Amen.

Et aspergat aqua benedicta.

Benedictio ad quocumque comestibile.

V. Adjutorium nostrum in nōmine Dōmini. R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dōminus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. AMMAM
MERITATIS

Orémus.

Bénedic ✠ Dómine creaturam istam N., ut sit remedium salutare géneri humáno: et præsta per invocatiónem sancti Nōminis tui, ut quicúmque ex ea sumpserint, corporis sanitatem, et animæ tutélam percipiant. Per Christum Dōminum nostrum.

R. Amen.

Aspergat aqua benedicta.

Benedictio novorum fructuum.

V. Adjutorium nostrum in nōmine Dōmini. R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dōminus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Bénedic ✠ Dómine hos novos fructus N., et præsta: ut qui ex eis in tuo sancto nōmine vescéntur, cō-

poris et animæ salutē potántur. Per Christum Dōminum nostrum.

R. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

Benedictio domus novæ.

V. Adjutorium nostrum in nōmine Dōmini. R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dōminus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Te Deum Patrem omnipoténtem suppliciter exorámus pro hac domo, et habitatóribus ejus, ac rebus: ut eam bene ✠ dicere, et sancti ✠ ficare, ac bonis ómnibus ampliáre dignérис: trübue eis Dómine de rore cœli abundátiā, et de pinguédine terræ vitæ substántiam, et desidéria voti eórum ad efféctum tuæ miserationis perdúcas. Ad introitum ergo nostrum bene ✠ dicere, et sancti ✠ ficare dignérис hanc domum, sicut benedicere dignátus es domum Abraham, Isaac, et Jacob: et intra parietes domus istius, Angeli tuæ lucis inhábitent; eámque, et ejus ha-

bitatōres custódiant. Per Christum
Dóminum nostrum. R. Amen.

Deinde aspergat aqua benedicta.

Benedictio primarii lapidis ædificii.

V. Adjutorium nostrum in nōmine
Dómini. R. Qui fecit cœlum et
terram.

V. Dóminus vobiscum. R. Et cum
spiritu tuo.

Orémus.

Déus, a quo omne bonum sumit
dinitium, et semper ad potiora
progrēdiens pēcipit incremētum:
concéde quæsumus, supplicántibus
nobis; ut quod ad laudem nōminis
tui inchoáre aggrēdimur, æterno tuæ
patérnæ sapiéntiæ múnere perducá-
tur ad térmimum. Per Christum Dó-
minum nostrum. R. Amen.

Benedictio domorum

extra Pascha Resurrectionis.

Sacerdos ingrediens domum dicat:

Pax huic dómui, et ómnibus habi-
tántibus in ea.

Deinde loca aspergendo, dicat

Ant. Aspérge me, Dómine, hys-
sópo et mundábor: lavábis me, et
super nivem dealbábor.

Psalmus. Miserére mei, Deus, se-
cundum magnam misericórdiam tuam.
Glória Patri, etc.

Et repetitur Ant. Aspérge me, etc.

V. Dómine exaudi orationem me-
am. R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobiscum. R. Et cum
spiritu tuo.

Orémus.

Exaudi nos, Dómine sancte, Pater
omnipotens, æterne Deus: et mit-
tere dignéris sanctum Angelum tu-
um de cœlis, qui custodiāt, fóveat,
prótegat, visitet, atque défendat o-
mnes habitantes in hoc habitáculo.
Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Deinde aspergat aqua benedicta.

Benedictio loci.

V. Adjutorium nostrum in nōmine
Dñi. R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dómine exaudi orationem me-
am. R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobiscum. R. Et cum
spiritu tuo.

Orémus.

Bénedic ✠ Dómine, Deus omnipotens, locum istum (*vel* domum istam): ut sit in eo (*vel* in ea) sánitas, cástitas, victória, virtus, humilitas, bónitas, et mansuetudo, plenitudo legis, et gratiarum áctio Deo Patri, et Filio, et Spiritui Sancto; et haec benedictio máneat super hunc locum (*vel* super hanc domum), et super habitantes in eo (*vel* in ea) nunc et in ómnia sǽcula sǽculórum.

R. Amen.

Deinde aspergat aqua benedicta.

Benedictio thalami.

V. Adjutorium nostrum in nómíne Dñi. R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobiscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Bénedic ✠ Dómine, thálánum hunc: **B**ut omnes habitantes in eo, in tua pace consistant, et in tua voluntate permaneant, et senescant, et multiplicentur in longitúdine diérum, et ad regna cœlorum pervéniant. Per Christum Dñm nostrum. R. Amen.

Postea aspergat thalamum aqua benedicta.

Benedictio horrei seu segetum demessarum.

V. Adjutorium nostrum in nómíne Dómini. R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobiscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Dómine Deus omnipotens, qui de rore cœli abundántiam, et de pinguédine terræ vitæ substántiam homínibus conférre non désinis: piissimæ majestati tuæ pro collectis fructibus grátias ágimus, tuam cleméntiam exorántes; ut has ségetes, quas de beniginitate tua suscépimus, bene dicere, conservare, et ab omni noxa défendere dignérис: simùlque concéde; ut quorum in bonis replésti desidérium, de tua custódia gloriéntur, misericordias tuas sine fine collaudent, et sic tránsenant per bona temporália, ut non amittant ætérna. Per Christum Dñm nostrum. R. Amen.

Deinde aspergantur aqua benedicta.

Benedictio adulti ægrotantis.

Sacerdos cubiculum ægrotantis ingrediens dicat:

V. Pax huic dómui. R. Et ómnibus habitantibus in ea.

*Et continuo ad infirmum accedens
subjungat:*

V. Adjutórium nostrum **¶** in nō
mine Dómini. R. Qui fecit cœlum et
terrā.

V. Dómine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobiscum. R. Et cum
spiritu tuo.

Orémus.

Intrœcat, Dómine Iesu Christe, do-
mum hanc ad nostræ humilitatis
ingressum pax et misericordia tua:
effugiat ex hoc loco omnis nequitia
dæmonum, adsint Angeli pacis, do-
mumque hanc deserat omnis maligna
discordia. Magnifica, Dómine, super
nos nomen sanctum tuum: et bén-
dic nostræ conversatiōni: Qui san-
ctus et pius es, et pémanes cum
Patre et Spíritu Sancto in sæcula
sæculórum. R. Amen.

Orémus.

Réspice Dómine fámulum tuum (*vel*
fámulum tuam) in infirmitate cör-
poris laborántem, et ániam réfove
quam creásti: ut castigationibus emen-
datus (*vel* emendata), continuo se
séntiat tua miseratione salvatum (*vel*

salvátam). Per Christum Dóminum
nostrum. R. Amen.

Orémus.

Misericors Dómine, fidélium conso-
látor, quésumus immēnsam pie-
tatem tuam, ut ad intróitum humili-
tatis nostræ hunc fámulum tuum
(*vel* hanc fámulum tuam) super le-
ctum doloris sui jacéntem, visitare
dignérис, sicut socrum Simónis visi-
tasti: propítius adésto ei Dómine,
quátenus pristina sanitáte recépta,
gratiarum tibi, in ecclésia tua, réfe-
rat actiones: Qui vivis et regnas
Deus in sæcula sæculórum.

R. Amen.

Deinde, exténdens dexteram versus
caput ægroti, dicat:

Dóminus Jesus Christus apud te **¶**
sit, ut te défendat: intra te **¶** sit,
ut te consérvet: ante te **¶** sit, ut te
ducat: post te **¶** sit, ut te custódiat:
super te **¶** sit, ut te benedicat: Qui
cum Patre et Spíritu Sancto vivit et
regnat in sæcula sæculórum.

R. Amen.

Benedictio Dei omnipoténtis, Pa-
tris, et Filii **¶**, et Spiritus Sancti,

descéndat super té, et máneat semper. R. Amen.

Demum aspergat infirmum aqua benedicta.

Benedictio puerorum ægrotantium.

Pueri infirmi, qui ad hunc usum rationis pervenerunt, ut ipsis præberi possit Sacramentum Extremæ Unctionis, iis adjuventur exhortationibus et precibus, quæ describuntur in Rituall Romano, ubi de visitatione et cura Infirorum, prout feret temporis opportunitas, et eorundem Ægrotantium status.

Verum pro ceteris junioribus Pueris infirmis adhiberi poterunt sequentes preces. Sacerdos igitur Infirmi cubiculum ingressus, primum dicat:

Y. Pax huic domui. R. Et omnibus habitantibus in ea.

Mox Infirnum et lectum ejus et cubiculum aspergat nihil dicens.

Deinde dicere poterit supra Infirnum Psalm. Laudáte pueri, Dóminum, etc. pag. 208, cum Glória Patri in fine.

Postea dicat: Kýrie éléison. Christe éléison. Kýrie éléison.

Pater noster. secreto.

V. Et ne nos indúcas in tentatiōnem. R. Sed libera nos a malo.

V. Deus noster miserétur. R. Custodiens párvulos Dóminus.

V. Sínite párvulos venire ad me. R. Tálium est enim regnum cœlorum.

V. Dómine, exaudi oratiōnem meam. R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobiscum. R. Et cum spíitu tuo.

Orémus.

Deus, cui cunctaadoléscunt, et per quem adulta firmántur: exténde déxteram tuam super hunc fámulum tuum (vel hanc fámulam tuam), in ténera ætate languéntem: quátenuis vigore sanitatis recépto, ad annórum pervéniat plenitúdinem, et tibi fidéle, gratúmque obséquium indesinénter præstet ómnibus diébus vitæ suæ. Per Dóminum nostrum etc.

R. Amen.

Orémus.

Pater misericordiarum, et Deus totius consolatiōnis, qui creaturæ tuæ multiplici pietatē cónsulens, non solum ánimæ sed ipsi cörpori curatiōnis grátiam benignus infundiſ: hunc párvulum infirmum (vel hanc párvulam infirmam) a lecto ægritū

dinis erigere, et Ecclésiae tuæ sanctæ, suisque paréntibus incolumem restitúere dignéris; ut cunctis prolongatæ sibi vitæ diébus, grátia et sapiéntia coram te et hominibus proficiens, in justitia et sanctitaté tibi serviat, et débitas misericordiæ tuæ referat gratiarum actiones. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Orémus.

Deus, qui miro ordine Angelórum ministéria hominumque dispén-sas: concéde propitiis; ut, a quibus tibi ministrantibus in celo semper assistitur, ab his in terra vita hujus pueri (vel puellæ) muniátur. Per Christum Dñm nostrum. R. Amen.

Completa Oratione ultima, Sacerdos imponat dexteram manum super caput Infirmi, et dicat:

Super ægros manus impónent, et bene habébunt, Jesus, Mariæ Filius, mundi salus et Dóminus, méritis et intercessione sanctorum Apostolórum suórum Petri et Pauli et ómnium Sanctorum, sit tibi clemens et propitius. R. Amen.

Quod sequitur Evangelium, pro temporis opportunitate et pro ægrotantibus

Pueri parentum desiderio, Sacerdotis arbitrio dici poterit:

V. Dóminus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

V. Initium ✠ sancti Evangélii secundum Joánnem. R. Glória tibi Dómine.

Dum Sacerdos dicit Initium etc., facit signum crucis de more super se in fronte, ore et pectore; similiter super Puerum infirmum, si non potest se signare.

In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil, quod factum est: in ipso vita erat, et vita erat lux hominum: et lux in tenebris lucet, et tenebræ eam non comprehendérunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joánnes. Hic venit in testimónium, ut testimónium perhibéret de lúmine, ut omnes créderent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimónium perhibéret de lúmine. Erat lux vera, quæ illúminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum

non cognovit. In propria venit, et sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis protestationem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine ejus: qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. (*Hic genuflectitur.*) Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis: et vidi misericordiam ejus, misericordiam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratiae et veritatis. R. Deo gratias.

Postea benedicens Puerum infirmum, subiungat dicens:

Benedictio Dei omnipotentis, Patris, et Filii **¶**, et Spiritus Sancti, descendat super te, et maneat semper.

R. Amen.

Deinde aspergat eum (vel eos) aqua benedicta.

Si fuerint plures Infirmi in eodem cubiculo vel loco, Orationes et Benedictio praedictae dicuntur super eos numero plurali.

Benedictio pueri

ad obtinendam super ipsum misericordiam Dei.

V. Adiutorium nostrum in nomine Domini. R. Qui fecit celum et terram.

V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Dómine Iesu Christe, Fili Dei vivi, qui dixisti: Sinite párvulos venire ad me, taliū est enim regnum cœlorum; super hunc puerum tuum virtutem bene **¶** dictiōnis tuæ infunde, ac ad Ecclesiæ et paréntum illius fidem ac devotiōnem respice; ut virtute ac sapientia apud Deum et homines proficiens, ad optatam perveniat senectutem, et salutem consequatur æternam. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. R. Amen.

Deinde dicitur Ps. 112. Laudate, pueri, Dominum, etc., pag. 208, cum Glória Patri etc. in fine.

Postea: Kýrie eleison. Christe eleison. Kýrie eleison. Pater noster. secreto.

V. Et ne nos inducas in tentationem. R. Sed libera nos a malo.

Benedictio Dei omnipotentis Patris, et Fi **¶** lli, et Spiritus **¶** Sancti, descendat super te, et maneat semper. R. Amen.

Benedictio linteaminum pro infirmis.

¶. Adjutorium nostrum in nōmine Dōmini. R. Qui fecit cōlūm et terrām.

¶. Dōminus vobiscum. R. Et cum sp̄itu tuo.

Orēmus.

Dōmine Iesu Christe, qui per tactum fimbriū vestimentōrum tuōrum mulierem fluxu sanguinis laborantem, aliōsque passim infirmos sanare dignatus es, et per sudāria, et semicinctia Apóstoli tui Pauli languores et spiritus nequam ab infirmis eadē virtute fugasti: prēsta, quāsumus; ut qui his vestimentis, velis, et linteaminibus, quae in tuo nōmine bene ✕ dicimus, indūti vel opēti fuerint, sanitatem mentis et corporis percipere mereantur. Qui vivis et regnas in sācula sāculorum.

R. Amen.

Aspergantur aqua benedicta.



Benedictio cujuscumque medicinæ.

¶. Adjutorium nostrum in nōmine Dōmini. R. Qui fecit cōlūm et terrām.

¶. Dōminus vobiscum. R. Et cum sp̄itu tuo.

Orēmus.

Dōeus, qui mirabiliter hōminem creāsti, et mirabilius reformāsti, qui vāris infirmitatibus, quibus detinētur humāna mortalitas multipli re-médio succurrere dignatus es: propitius esto invocationib⁹ nostris, et sanctam tuam de cōlīs bene ✕ dictionem super hanc medicinam infunde; ut ille, qui eam sūmpserit (*vel* hi, qui eam sūmpserint), sanitatem mentis et corporis percipere mereātur (*vel* mereantur). Per Christum Dōminum nostrum. R. Amen.

Et aspergat aqua benedicta.

Benedictio equorum et aliorum animalium

facienda presertim in Festo S. Antonii.

¶. Adjutorium nostrum in nōmine Dōmini. R. Qui fecit cōlūm et terrām.

¶. Dōmine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te véniat.

¶. Dōminus vobiscum. R. Et cum sp̄itu tuo.

Orēmus.

Dōeus, refūgium nostrum, et virtus: adēsto piis Ecclésiae tuæ prēci-

bus, auctor ipse pietatis, et præsta; ut quod fidéliter pétimus, efficáctiter consequámur. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Orémus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui gloriósūm beátūm Antónium, vāniis tentatiōnibus probátum, inter mundi hujus tūrbines illāsum abire fecisti; concéde fámulis tuis, ut et præclāro ipsius proficiámus exēm-
plō, et a præsēntis vitæ periculis ejus méritis et intercessiōne liberē-
mur. Per Christum Dóminum no-
strum. R. Amen.

Orémus.

Bene ✠ dictiōnem tuam, Dómine,
hæc animália accípiant: qua cör-
pore salvéntur, et ab omni malo per
intercessiōnem beáti Antónii liberē-
tur. Per Christum Dñm nostrum.
R. Amen.

Deinde aspergantur aqua benedicta.

Benedictio animalium

peste, vel alio morbo laborantium.

*Sacerdos superpelliceo, et stola vio-
lacea induitus, dicat:*

¶. Adjutórium nostrum in nōmine
Dómini. R. Qui fecit cælum et terram.

¶. Dómine non secúndum peccáta
nostra fáciás nobis. R. Neque se-
cundum iniquitátes nostras retríbuas
nobis.

¶. Hómines et jumenta salvábis
Dómine. R. Quemádmodum multi-
plicásti misericordiam tuam Deus.

¶. Aperis tu manū tuam. R. Et
imples omne ánimāl benedictiōne.

¶. Dómine exaudi oratiōnem me-
am. R. Et clamor meus ad te véniat.

¶. Dóminus vobíscum. R. Et cum
spiritu tuo.

Orémus.

Deus, qui labóribus hóminum étiam
de mutis animálibus soláta sub-
rogásti: súpplices te rogámus; ut
sine quibus non álitur humána con-
ditio, nostris fáciás úsibus non per-
ire. Per Christum Dóminum no-
strum. R. Amen.

Orémus.

Misericordiam tuam, Dómine, súp-
plices exorámus: ut hæc animá-
lia, quæ gravi infirmitatē vexántur,
in nōmine tuo atque bene ✠ dictiō-
nis virtute sanéntur. Extinguátur
in eis omnis diabólica potéstan, nec
ultérius ægrótent. Tu eis, Dómine,

sis defensor vitæ, remedium sanitatis. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Filium tuum, etc. R. Amen.

Orémus.

Averte, quæsumus Dómine, a fideli bus tuis cuncta propitiis flagella: et morborum in animalia sæviéntium depelle perniciem; ut quos mérito plectis dévios, fóveas tua miseratione corréctos. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Et aspergat aqua benedicta.



Benedictio deprecatoria

contra mures, locustas, bruchos, vermes et alia animalia nociva.

Sacerdos induitus superpelliceo, et stola coloris violacei, veniat ad agros, a locustis, bruchis vel aliis animalibus noctis veratos, et dicat:

Antiph. Exsúrge Dómine, ádujanos: et libera nos propter nomen tuum.

Psalmus. Deus aúribus nostris audiuvimus: patres nostri annuntiavérunt nobis.

V. Glória Patri. Sicut erat.

Repetitur Antiph. Exsúrge, etc.

V. Adjutórium nostrum in nómíne Dómini. R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dómine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Preces nostras, quæsumus Dómine, cleménter exaudi: ut qui juste pro peccatís nostris afflígimur, et hanc mūrium (*vel locustárum, seu bruchórum, aut vérmi, sive aliorum animalium*) persecutióinem pátimur, pro tui nómini glória ab ea misericórditer liberémur; ut tua poténtia procul expúlsi (*vel expulsæ*) nulli nōceant, et campos agrósque nostros in tranquillitatē ac quiete dimittant, quátenus ex eis surgéntia et orta tuæ majestati deserviant, et nostræ necessitati subvéniant. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Orémus.

Omnipotens sempiterne Deus, ómniū bonorum remunerátor, et peccatórum máximus miserátor, in cuius nómíne ómnia genuflectúntur, cœlestia, terréstria, et infernália: tua poténtia nobis peccatóribus concéde; ut quod de tua misericórdia confisi

ágimus, per tuam grátiam efficácem ejus consequámur effectum; quátenus hos pestiferos mures (*seu* locústas, *vel* bruchos, *aut* vermes, *sive* alia animalia) per nos servos tuos maledicendo maledicas, segregando sérges, exterminando extérmines; ut per tuam cleméntiam ab hac peste liberati, gratiarum actiones majestati tue libere referamus. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Exorcismus.

Exorcizo vos pestiferos mures (*vel* locústas, *seu* bruchos, *aut* vermes, *sive* alia animalia), per Déum Patrem **†** omnipoténtem, per Jesum Christum **†** Filium ejus únicum, per Spíritum **†** Sanctum ab utróque procedéntem, ut conféstim recedatis a campis et agris nostris, nec amplius in eis habitétis, sed ad ea loca transcatás, in quibus néminí nocére pos- sitis: pro parte omnipoténtis Dei, et totius curiae célestis, et Ecclésiae sanctæ Dei vos maledicens, ut, quo- cunque iéritis, sitis maledicti (*vel* maledictæ), deficiéntes de die in diem in vos ipsos (*vel* ipsas), et decrescén- tes; quátenus relíquie de vobis nullo in loco inveniantur, nisi necessáriæ

ad salútem et usum humánum. Quod præstare dignétur, qui venturus est judicáre vivos et mórtuos, et sǽculum per ignem. R. Amen.

Postremo aqua benedicta aspergantur loca infecta.

Benedictio bombycum.

Adprobata pro Archidiocesi Lugdunensi.

Adjutórium nostrum in nómíne Domini. R. Qui fecit cœlum et terram.

Dominus vobiscum. R. Et cum spíitu tuo.

Orémus.

Deus, ómnium créator et rector, qui in animálium creatione simili- lis suae speciei propagández virtutem contulisti, quæsumus, ut hæc bomy- bycum sémina bene **†** dicere, fovere ac multiplicare tua pietate dignéris, ut sancta altaria tua, eórum opéribus adornata, et fidéles tui eisdem ful- gientes, te, uti bonórum ómnium lar- gitórem, toto corde glorificent: Qui cum Unigérito tuo et Spíritu Sancto vivis et regnas in sǽcula sǽculórum.

R. Amen.

Deinde aspergatur aqua benedicta.

Benedictio seminum.

V. Adjutorium nostrum in nōmine Dōmini. **R.** Qui fecit cōlūm et terram.
V. Dōminus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Te rogámus, Dómine, ac pétimus: ut hos fructus séminum bēne-⁺dīcere, plácido lenis auræ afflātu fōvére, rōre cōlesti fecundāre, et incōlumes propter usum animarum et cōporum ad plenissimam maturitatem perducere dignérīs. Per Christum Dōminum nostrum. **R.** Amen.

Deinde aspergat aqua benedicta.

Benedictio communis super fruges et vineas.

V. Adjutorium nostrum in nōmine Dōmini. **R.** Qui fecit cōlūm et terram.
V. Dōmine exaudi orationem meam. **R.** Et clamor meus ad te véniat.
V. Dōminus vobisum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Orāmus pietātem tuam, omnīpotens Deus, ut has primitias creaturæ tuæ, quas aēris et plūviæ tempera-

mēto nutrīre dignatū es, benedictiōnis tuæ imbrē perfundas; et fructus terræ tuæ usque ad maturitatem perdūcas. Tribue quoque populo tuo de tuis munēribus tibi semper grātias agere; ut a fertilitate terræ esuriēntium ánimas bonis omnibus afluēntibus répleas, et egēnus et pauper laudent nōmen gloriæ tuæ. Per Christum Dōminum nostrum. **R.** Amen.

Aspergat illas aqua benedicta.

Benedictio salis vel avenae

pro animalibus.

V. Adjutorium nostrum in nōmine Dōmini. **R.** Qui fecit cōlūm et terram.
V. Dōminus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Dōmine Deus, omnīum cōdītor et conservātor, cuius in manu est ánima omnis vivēntis, et sp̄ritus universæ carnis: exaudi, quāsumus, tuorū fidélium preces, et hanc creaturā salis (vel avēnæ) tua bēne-⁺dīctiōne, tuāque invisibilis operatiōnis virtute perfunde; ut animália quæ necessitatibus humānis tribuere di-

gnátus es, cum ex eo (*vel* ex ea) gustáverint, ab omni morbo illæsa reddántur, et a maligni spíritus in-cúrsu, te protegénte, custodiántur. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Aspergat sal vel avenam aqua benedicta.

VERITATIS

Benedictio stabuli

equorum, boum et aliorum armentorum.

V. Adjutorium nostrum in nómine Dómini. R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dóminus vobiscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Dómine Deus omnípotens, qui Filiū tuum unigénitum, Redemptorem nostrum, in stábulo nasci, et inter duo animália in præsépio reclinári voluisti: bénē ✕ dic, quæsumus, hoc stábulum, et défende illud ab omni nequitia vel versúta diabolice fraudis; ut juméntis, pecoribus, ceterisque animántibus efficiátur locus sanus, et ab omni impugnatióne secúrus. Et quóniam cognóvit bos possessórem suum, et ásinus præsepe dómini sui: misericórditer tri-

bue fámulis tuis, quos ad imáginem tuam creásti, paulo minus ab Angelis minuísti, et sub quorum péribus subjecísti oves et boves univérsas, insuper et pécora campi; ne comparéntur juméntis insipiéntibus, et ne fiant sicut equus et mulus, quibus non est intelléctus; sed te solum Deum auctórem bonórum ómnium agnóscant, et in servitio tuo fidéles persevérant, quátenus de percéptis munéribus tibi grátiás exhibéntes, beneficia potiéra percipere mereán-tur. Per eúdem Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Deinde, si tunc in stábulo congregata fuerint animalia, addere poterit Sacerdos sequentes Orationes: Omnipotens sempiterne Deus, qui gloriósum, etc. et Benedictiōnem tuam, etc. uti supra in Benedictione Equorum et Animalium pag. 253 et 254.

Postea aspergat aqua benedicta stabulum et animalia.

Benedictio ad omnia.

Hæc benedictionis formula adhiberi potest a quovis Sacerdote pro omnibus rebus, de quibus specialis benedictio non habetur in Rituali Romano.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini. **R.** Qui fecit cœlum et terram.

V. Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Deus, cuius verbo sanctificantur omnia, benedictionem tuam effunde super creaturam istam (*vel* creaturas istas): et praesta, ut quisquis ea (*vel* eis) secundum legem et voluntatem tuam cum gratiarum actione usus fuerit, per invocationem sanctissimi Nominis tui, corporis sanitatem, et animae tutelam, te auctore, percipiat. Per Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

Deinde illam (*vel* illas) Sacerdos aspergit aqua benedicta.

• • •
Benedictio Rosariorum B. M. V.

Propria Ordin. Prædicatorum.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini. **R.** Qui fecit cœlum et terram.

V. Domine exaudi orationem meam. **R.** Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Omnipotens et misericors Deus, qui propter eximiam caritatem tuam, qua dilexisti nos, Filium tuum unigenitum, Dominum nostrum Jesum Christum, de cœlis in terram descendere, et de beatissimæ Virginis Mariæ Dominae nostræ utero sacratissimo, Angelo nuntiante, carnem suscipere, crucemque ac mortem subire, et tertia die gloriouse a mortuis resurgere voluisti, ut nos eriperes de potestate diaboli; obsecramus immensam clementiam tuam, ut haec signa Rosarii in honorem et laudem ejusdem Genitricis Filii tui ab Ecclesia tua fideli dicata, bene ✠ dicas, et sancti ✠ fices, eisque tantam infundas virtutem Spiritus Sancti, ut quicunque horum quodlibet secum portaverit, atque in domo sua reverenter tenuerit, et in eis ad te secundum hujus sanctæ societatis instituta, divina contemplando mysteria, devote oraverit, salubri et perseveranti devotione abundet; sitque consors et particeps omnium gratiarum, privilegiorum et indulgentiarum, quæ eidem societati per sanctam Sedem apostolicam concessa fuerunt, ab omni

hoste visibili et invisibili semper et ubique in hoc sǽculo liberéatur; et in exitu suo ab ipsa beatissima Vírgine María Dei Genitrice, tibi plenus bonis opéribus præsentári mereáutur. Per eúndem Dóminum nostrum Jésus Christum, etc. R. Amen.

Deinde aspergat aqua benedicta.

Ritus recipiendi

Fideles in confratres Societatis Ss. Rosarii.

Ex Rit. Propr. Ordin. Prædicator.

Sacerdos ad id deputatus, superpelliceo et stola alba indutus, dicat:

V. Adjutorium nostrum in nōmine Dómini. R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Sit nomen Dómini benedictum.

R. Ex hoc nunc et usque in sǽculum.

V. Dómine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui per mortem unigéni Filii tui mundum collápsum restauráre dignátus es, ut nos a morte æterna liberares, et ad gaúdia regni cœlestis

perdúceres, respice quæsumus, super hos fámulos tuos (*si omnes sint viri, vel viri et mulieres; secus dicatur in singulare, et mutetur genus*), qui inter filios et confratres societatis beatissimæ Virginis sacratissimi Rosarii connumerári desiderant, et per mérita ejúsdem Genitricis Dei, effunde super illos benedictionem tuam, quatenus benedicti, sic in hoc sǽculo vivant, ut inter oves dexteræ tuæ in perpétuum collocári mereántur. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Deinde subjungat:

Ego N. N. auctoritatē mihi commissa et concessa, recipio vos (*vel te*) in confratres (*vel confratrem*) societatis sanctissimi Rosarii beatæ Mariæ Virginis, ut sitis (*vel sis*) participes (*vel párticeps*), Deo dante, omnium gratiarum, privilegiorum, quæ eidem sanctæ societati, per sanctam Sedem apostolicam concessa fuérunt. In nōmine Patris **+**, et Filii **+**, et Spíritus **+** Sancti. Amen.

Deinde aspergat Confratres aqua benedicta, nomenque eorum describat in libro Confraternitatis.

*Si tradat illis Rosarium benedictum,
dicat:*

Accipite (*vel accipe*) signum Dei viventis ab ipsa sanctissima Virgine sic nuncupatum, ut sit vobis (*vel tibi*) in pignus, et medium ad vitam æternam promerendam. Amen.

Formula (brevior)

benedicendi et imponendi scapulare.

B. Mariae V. de Monte Carmelo
ab omnibus adhibenda sacerdotibus facultatem habentibus adscribendi Christifideles
Confraternitati ejusdem Scapularis.

V. Ostende nobis Dómine misericordiam tuam. R. Et salutare tuum da nobis.

V. Dómine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Dómine Jesu Christe, humáni gérēris Salvátor, hunc hábitum quem propter tuum tuāque Genitricis Virginis Mariæ de Monte Carmelo amorem servus tuus devōte est delatūrus, dexterā tua sancti ✠ fica, ut eadēm Genitricē tua intercedēnte, ab hoste maligno defensus in tua grátia

usque ad mortem persevēret: Qui vivis et regnas.

Deinde aspergat aqua benedicta habitum et postea ipsum imponat dicens:

Accipe hunc hábitum benedictum precans sanctissimam Virginem, ut ejus méritis illum pérferas sine mácula, et te ab omni adversitatē deféndat atque ad vitam pérducat æternam. Amen.

Deinde dicat:

Ego, ex potestatē mihi concéssa, recipio te ad participationem omnium bonorum spirituálium, quae, cooperánte misericordia Iesu Christi, a Religiōsis de Monte Carmelo peraguntur. In nōmine Patris et Filiī et Spiritus Sancti. Amen.

Bene ✠ dicat te Cónditor cœli et terræ Deus omnipotens, qui te cooptare dignatus es in confraternitatem beatae Mariæ Virginis de Monte Carmelo, quam exorámus, ut in hora obitus tui, cónterat caput serpētis antiqui; atque palmam et corónam sempiternam hæreditatis tandem consequaris. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Aspergat aqua benedicta.

Formula benedicendi

Quatuor Scapularia

Ss. Trinitatis, Passionis D. N. J. C.,
Immaculatae Conceptionis,
ac VII Dolorum B. Mariæ V.

Pro Sacerdotibus Congr. Ss. Redemptoris.

V. Adjutorium nostrum in nōmine
Dōmini. R. Qui fecit cōclum et
terram.

V. Dōmine exaudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dominus vobiscum. R. Et cum
spiritu tuo.

Orémus.

Dōmine Iesu Christe, omnium ca-
put fidélium, et humáni gēneris
Salvátor, qui tegmen nostrae mortali-
tatis induere dignátus es: obsecrá-
mus immēnsam largitatis tuæ abun-
dātiā, ut indumenta hæc in obsé-
quium Ss. Trinitatis instituta, nec
non in honórem et memóriam dolo-
rosissimæ Passiónis tuæ, in honórem
beatissimæ Virginis Matris tuæ sine
labe conceptæ, dolorésque tuos ac
vices peramánter doléntis, ita bene-
dicere et sancti ✕ dicere dignérīs,
ut qui (*vel quæ*) ea assúmpserint,
eādem Genitrice tua intercedēnte, te

quoque salutare nostrum, córpore et
ánima induere mereántur: Qui vivis
et regnas in sācula sāculorum.

R. Amen.

Sacerdos aspergat aqua benedicta.

Modus Induendi.

*Sacerdos omnibus scapularia singu-
latim imponat, ac deinde formulam pro-
ferat supra omnes simul.*

1. Accíp̄te hábitum Ordinis Ss. Tri-
nitatis in fidei, spei, et caritatis aug-
mētum, ut induáti novum hōminem,
qui secúndum Deum créatus est in
justitia et sanctitate.

2. Accíp̄te scapulare Passiónis
Dōmini nostri Jesu Christi, ut véte-
rem hōminem exuti novūmque indi-
uti, ipsum digne perferáti, et ad
vitam perveniáti sempiternam.

3. Accíp̄te scapulare devotórum
beatissimæ Mariæ Virginis sine labe
conceptæ, ut ejus intercessione ab
omni inquinamento mundati, ad vi-
tam perveniáti æternam.

4. Accíp̄te hábitum Servórum bea-
tissimæ Mariæ Virginis septem Doló-
lōres ejus dévote recoléntium, ut doló-
lōres ipsos assidue recogitantes, Pas-
sionem Dōmini nostri Jesu Christi in

corde et cōpōrē vestro imprēssam
jūgiter teneātis.

Ego ex facultāte apostolica mihi
delegāta, recipio vos in participatiō-
nem bonōrum spirituālium et indul-
gentiārum, quibus prædicti Ordines
seu Congregatiōnes pollent. In nō-
mine Pa ✕ tris, et Fi ✕ lii, et Spi-
ritus ✕ Sancti. R. Amen.

V. Salvos fac servos tuos. R. Deus
meus, sperāntes in te.

V. Mitte eis auxiliū de sancto.
R. Et de Sion tuére eos.

V. Esto eis Dómine turris fortitū-
dinis. R. A fācie inimici.

V. Nihil proficiat inimicus in eis.
R. Et filius iniquitatis non appónat
nocēre eis.

V. Dómine, exaudi oratiōnem me-
am. R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobiscum. R. Et cum
spiritu tuo.

Orémus.

A désto Dómine supplicationibus no-
stris, et quibus in tuo nōmine
sacros hábitus imposuimus, ita bene-
████ dicere digneris, ut tuæ grātiāe co-
operāntes, vitam cónsequi mereántur
ætérrnam. Per Christum Dóminum
nostrum. R. Amen.

Benedictio Dei omnipotētis Pa- ✕
tris, et Fi ✕ lii, et Spiritus ✕ Sancti,
descéndat super vos et máneat sem-
per. Amen.

Formula recitetur numero singulari, si uni
tantum personæ sint scapularia imponenda.

**Modus benedicendi Aquam
S. Ignatii.**

Pro Societate Iesu approbatus.

V. Adjutorium nostrum in nōmine
Dñi. R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Sit nomen Dómini benedictum.
R. Ex hoc nunc et usque in sāculum.

V. Dómine, exaudi oratiōnem me-
am. R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobiscum. R. Et cum
spiritu tuo.

Orémus.

Dómine sancte, Pater omnípotens,
æterne Deus, qui benedictiōnis
tuæ grātiāe ægris infundéndo cor-
póribus, factúram tuam multipli pie-
tate custódis, ad invocatiōnem nōmi-
nis tui benignus assiste, ut interce-
dénte beato Ignátio Confessore tuo,
fábulos tuos ab ægritudine liberátos
et sanitáte donátos, déxtera tua éri-
gas, virtute confírmes, potestáte tue-
aris, atque Ecclésiæ tuæ sanctæ cum

omni prosperitáte restituas. Per Dóminum nostrum, etc. R. Amen.

Immergitur aquæ numisma, seu Reliquiarium sancti Ignatii, et immersum tenetur usque ad finem hujus Orationis.

Béne ✕ dic, Dómine, hanc aquam, ut sit remédium salutare géneri humano, et per intercessiónem beáti Ignatii, cuius numisma (*vel reliquiæ*) in eam immérgitur (*vel immerguntur*), prästa, ut quicúmque ex ea súmpserint, corporis sanitátem et ánimæ tutélam percipient. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Educitur ex aqua numisma seu Reliquiarium.

Orémus.

D eus, qui ad majórem tui nóminalis glóriam propagándam novo per beatum Ignátium subsídio militántem Ecclésiam roborásti: concéde, ut ejus auxilio et imitatióne certantes in terris, coronári cum ipso mereámur in cœlis. Per Dóminum nostrum, etc.

R. Amen.

AU

DE NUEV

BIBLIOTE